SVMMA

SIVE

COMPENDIVM

Eorum, quæ in Foro magis practicabilia continentur in hoc Lib. XV. Par. I. Theatri Veritatis, & Iustitiæ.

De Iudicijs.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ, M. DC. LXXIX.
Typis Bartholomæi Lupardi Impressoris Cameralis, & Vatic.

Superiorum permissu.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſs. P. Sacri Palatij Apoſt. Mag.

I. *de Ang. Archiep. Vrb. Viceſg.*

Imprimatur.

Fr. Raymundus Capiſuccus Ordinis Præd. Sac. Pal. Apoſtolici Magiſter.

INDEX

RVBRICARVM

Summæ, ſeù Compendij de Iudicijs.

I.

De pluribus iudiciorum ſpeciebus ac diſtinctionibus; Et de quibus in præſenti agatur; Et de perſonis ex quibus iudicium conſtituitur, alijſque ad materiæ introductionem, *à num.* 1. *ad* 7.

II.

De Actore, & reo, quiſnam vnius, vel alterius perſonam gerat; Et de effectibus ex vna, vel altera perſonarum ſpecie reſultantibus *à num.* 19.

III.

De Iudice competente, vel incompetente; Ac de Assessore, & Notario, aliisque exequutoribus, & ministris Iudicis, *à num.* 20. *ad* 28.

IV.

De litis, vel causæ introductione, & contestatione, ac duratione, vel respectiuè extinctione, vel cessatione; Et de exceptionibus dilatoriis, vel peremptoriis iudicij egressum, vel progressum impedientibus *à num.* 29. *ad* 40.

V.

De iudicio contumaciali, seù per contradictas, itaque occasione de legitima Partis citatione, *à nu.* 41. *ad* 59.

VI.

De aliis personis Actori, & Reo in iudicio assistentibus Procuratoribus nempè ac litium Actoribus, & Curatoribus, *à num.* 60. *ad* 69.

VII.

VII.

De probationibus, earumque varijs speciebus præsertim verò de illa, per testes, & per scripturas, quæ remissoriæ, & compulsoriæ quæstiones producit, *à num.* 70. *ad* 102.

VIII.

De alijs actis, & contingentijs vsque ad processus compilationem, ac sententiæ prolationem, *à num.* 103. *ad* 110.

IX.

De sententia, eiusque diuersis speciebus, ac effectibus illo præsertim, an per eam iudicio officium peractum, eiusque iurisdictio consumpta sit, vt eam reuocare non liceat; Et de re iudicata, vel tribus conformibus, *à num.* 111. *ad* 122.

X.

De tribus, nullitatis, appellationis,

& reſtitutionis in integrum remedijs aduersùs iudicatum competentibus; Et de alijs modificatiuis remedijs, vel exceptionibus eiuſdem iudicati impedientibus exequutionem, *à num.* 123. *ad* 147.

XI.

De iudicati exequutione, atque iſtius varijs ſpeciebus, perſonalis nempè, realis, & ſpiritualis, ac de realis conſumatione per ſubhaſtationem. vel adiudicationem, *à num.* 148. *ad* 161.

XII.

De attentatis, eorumque effectibus, & reuocatione, *à num.* 162. *ad* 175.

XIII.

De fructuum reſtitutione, ac expenſarum, aliorumque damnorum, & intereſſe refectione per Victum Victori facienda, *à nu.* 176. *ad* 183.

XIV.

XIV.

De iudicijs exequutiuis, & priuilegiatis tàm in prophanis, quàm in ſpiritualibus, vel beneficialibus, *à num.* 184. *ad* 201.

XV.

De iudicijs poſſeſſorijs, eorumque diuerſis ſpeciebus, ac priuilegijs, *à num.* 202. *ad* 212.

SVMMARIVM.

I.

1 *DE quibus iudicijs agatur.*

2 *De diſtinctione generica iudiciorum criminalium, & ciuilium.*

3 *De tribus perſonis ſubſtantialibus iudicij, ac præcisè neceſſarijs.*

4 *De alijs perſonis, quæ ſint prædictarum adiutrices, & comites.*

5 *Quomodo iſtæ tres perſonæ conſiderentur, etiam vbi nemine inſtante procedatur ex officio.*

6 *Quod non agatur de iudicijs criminalibus, & de ratione.*

7 *De distinctione diuersarum specierum iudiciorum ciuilium.*

II.

8 *Actor est ille, qui primus comparet in iudicio, & alterum prouocet.*

9 *Sed quando iste primus sit reus in iudicio iactationis, vel diffamationis.*

10 *De Reo voluntario, qui actoris potiùs iure est censendus.*

11 *Actor sequitur forum Rei, in quo illum conuenire debet.*

12 *Actoris est electio inter plures iudices æque competentes.*

13 *Actor non cumulat actiones contrarias. Reus autem cumulat exceptiones contrarias.*

14 *Impedimenta censurarum, & similia obstant Actori, sed non Reo.*

15 *De alijs obligationibus Actoris, non autem Rei.*

16 *Quando lis dicatur inducta quoad actorem, & quando quoad Reum, & numer. 31.*

17 *Actori incumbit onus probandi, aliàs Reus vincit per non ius.*

18 *In dubio prò Reo, cui sufficit offuscare probationes actoris.*

19 *Reus dicitur Actor circa onus probandi*

di exceptionem ad alienandam actionem iam fundatam.

III.

20 Qui sit iudex.
21 De diuersis iudicis speciebus.
22 De recusatione iudicis ex causa suspicionis.
23 De quæstionibus competentiæ, vel incompetentiæ.
24 Iuris imperitus potest esse iudex, sed habere debet Assessorem peritum.
25 De assessore, & pertinentibus ad eius materiam.
26 De Notario, eiusque materia.
27 De alijs ministris iudicis inferioribus.
28 De substitutis, vel iuuenibus Notariorum.

IV.

29 De libello necessario ad litis introductionem, & an hodie sit in vsu.
30 De diuersis stylis Tribunalium Curiæ Romanæ super litis introductione.
31 De distinctione inter Actorem, & Reum super litis introductione, de qua num. 16.
32 De reproductione citationis, vel monitorij.
33 De contestatione litis.

34 *De exceptionibus dilatorijs litis ingreſſum, vel progreſſum impedientibus.*

35 *De alijs impedimentis, vel incidentibus, ac prouiſionibus præſertim ſequeſtri, ac alimentorum, & ſumptuum litis.*

36 *De peremptione inſtantiæ, eiuſque reſtitutione, ſiue inſufflatione ſpiritus.*

37 *De iure canonico non perit inſtantia.*

38 *De litis deſertione ob longiſſimum ſilentium.*

39 *De materia connexionis, vel præiudicialitatis, & pendentiæ litis.*

40 *De exceptionibus peremptorijs.*

V.

41 *Finis citationis eſt comparitio, ideòque parte comparente non curatur, an cauſa legitima ſit.*

42 *De effectu contumaciæ, vt procedatur ad vlteriora ſine alijs citationibus, vel cum illis per contradictas.*

43 *Qualis debeat eſſe citatio ad veram contumaciam contrahendam.*

44 *De probatione exequutæ citationis, & an credatur Notario, vel Curſori.*

45 *De forma quam citatio Iudicis delegati habere debeat, & quando ea ſperni poſſit.*

46 *De citatione in alieno territorio, vel in loco exempto.*
47 *Terminus incompetens citationem inualidam reddit.*
48 *An incongruitas temporis citatum excuſet.*
49 *Citatio debet eſſe perſonalis, & quando ſufficiat domi, vel alias.*
50 *Sufficit citare Procuratorem generalem in Curia.*
51 *Procuratore mortuo, vel abſente continuatur iudicium contumaciale per cõtradictas.*
52 *In debito contracto in Curia ſufficit citatio per diligentias.*
53 *De citatione per affixionem in locis cõuicinis ob non tutum acceſſum.*
54 *De citatione corporum vniuerſalium puta Capituli, Collegij, Monaſterij, Populi.*
55 *An, & quando omnes intereſſe habentes ſint citandi, & quid operetur omiſſio citationis aliquorum.*
56 *An Princeps tollat citationem, vel eius defectum ſanet.*
57 *De pluribus caſibus, in quibus non requiratur citatio.*
58 *De citatione die feriata.*

59 *De circumductione citationis.*

VI.

60 *De personis assistentibus in iudicio partibus litigantibus, & de earum diuersa specie.*

61 *De curatoribus, & actoribus ad lites necessarijs, vt sine eis iudicium corruat, & de eorum materia.*

62 *De Procuratoribus ad lites, vel iudicialibus causarum patronis.*

63 *Duplex datur Procurator vnus ad lites, & alter ad negotia.*

64 *De causis ob quas iudicij nullitas deduci soleat ex defectu mandati.*

65 *De mandato præsumpto, quando adesse dicatur.*

66 *Quando mandatum censeatur reuocatum.*

67 *Non substinetur mandatum irreuocabile ad lites, ideòque illud semper reuocari potest.*

68 *Quando mandatum non expiret per mortem, neque sit reuocabile, vt cum procuratore domino litis effecto iudicium prosequi valeat.*

69 *De eadem materia reuocationis procu-*

rato-

ratoris, quomodo regulanda sit.

VII.

70 De pluribus, ac diuersis speciebus probationis.

71 De confessione partis, vt omnium maior probatio sit.

72 Confessio debet esse clara, & vniuoca in dubio fauore confitentis interpretanda.

73 De confessione non admittenda ex defectu potestatis confitentis, & quando.

74 Confessio facta in iudicio plenè probat non docto de errore.

75 Quid de confessione extraiudiciali, eiusque probatione.

76 De interrogatorijs, actionibus, siuè depositionibus.

77 De probatione per aspectum, seù rei euidentiam.

78 De probatione, quæ fiat cum iudicio, & relationibus peritorum, eorumque materia.

79 De iuramento litis decisiuo, vel suppletiuo, aut in litem.

80 De duorum testium fide, & quando maior, vel minor numerus requiratur.

81 Quan-

81 *Quando etiam vnicus testis sufficiat, & quando aliæ exceptiones obstent, vel non obstent.*

82 *An testes teneantur assignare causam scientiæ distinguitur.*

83 *De exceptionibus personalibus testium.*

84 *Numerus testium, vel adminicula supplent exceptiones testium.*

85 *De requisitis necessarys, vt testis fidem faciat, benèque examinatus dicatur.*

86 *De remissoriæ materia, & quare desuper habeantur disputationes.*

87 *Quæ sint causæ spirituales, & quæ prophanæ ad hunc effectum.*

88 *De remissoria in prophanis, eiusque requisitis, & quando concedi, vel denegari debeat.*

89 *Et de alia remissoria in spiritualibus, eiusque requisitis.*

90 *De alijs ad materiam remissoriæ.*

91 *Examen in Curia non solet denegari, & quando etiam denegetur.*

92 *Fides, vel attestationes priuatæ non probant, & quando secus.*

93 *De recognitione scripturæ priuatæ, eiusque diuersis modis.*

94 *De retognitione ficta, seù contumaciali.*

95 *De scripturæ publicæ recognitione, vel extractione in authenticam formam.*

96 *Quando requiratur compulsoria, & quando ea concedenda, vel deneganda sit.*

97 *De fide quam Archiuium præstat.*

98 *Copia non facit fidem, & quando secus.*

99 *Ex adminiculis, vel obseruantia iura informia probant.*

100 *De libris, & quando probent nec ne.*

101 *De historys, & inscriptionibus.*

102 *De probatione præsumpta, vel coniecturali, & adminiculatiua.*

VIII.

103 *De publicatione, & conclusione, ac similibus, earumque effectibus, & quid seruetur in Curia.*

104 *De cautela admittendi probationes, vel iura ad partes.*

105 *Quomodo scripturæ, & iurium productio fiat.*

106 *De materia productionis, & de quæstionibus in ea cadentibus.*

107 *An, & quando quis cogatur cedere iura propria.*

108 *De declaratione circa vsum,*
109 *De seruatione terminorum substantialium.*
110 *De citatione ad sententiam, & de termino habito pro seruato.*

IX.

111 *De diuersis speciebus sententiarum, & & quæ sub decreti nomine veniant.*
112 *De diuersa forma concipiendi sententias, & decreta.*
113 *Sententia diffinitiua subscribitur à Iudice, & publicatur.*
114 *Quando diffinitiua subiaceat appellationi non autem prouisionalis, vel interlocutoria.*
115 *Quando Iudex possit reuocare, vel annullare sententiam propriam diffinitiuam.*
116 *Sententia suspensa per appellationem, quos operetur effectus obtinenti profectuos super bono iure pro alimẽtis, & pro sequestro.*
117 *Res iudicata firmat statum, & facit ens de non ente.*
118 *An, & quando obstet tertio, eumque afficiat.*

119 *De re iudicata in causa status facientе ius quoad omnes.*

120 *De tribus conformibus, vel duabus habentibus vim trium, & quando dicantur conformes cum alijs ad materiam.*

121 *An, & quando attendatur sententia sine actis.*

122 *Exequutor, an possit cognoscere de iustitia.*

X.

123 *Sententia nulla non est sententia, & numquam transit in iudicatum.*

124 *Quales sint nullitates substantiales, quæ attenduntur in Curia.*

125 *Intra quantum tempus dici possit de nullitate.*

126 *An sententia nulla possit eodem tempore confirmari si sit iusta.*

127 *Iniustitia notoria æquiparatur nullitati, eiusque speciem habet.*

128 *Remedium restitutionis in integrum supponit incompetentiam appellationis, quia non datur remedium extraordinarium, vbi suppetat ordinarium.*

129 *De duplici ſpecie reſtitutionis in integrum aduersùs rem iudicatam, & an iniuſtitia ad hunc effectum eſſe debeat notoria.*

130 *Quod etiam ex nouis iniuſtitia ad hunc effectum probari poſſit.*

131 *An, & quando ſententia debeat iuſtificari, vel impugnari ex eiſdem, vt non admittantur noua remiſſiuè.*

132 *An, & quando reſtitutio in integrum impediat exequutionem.*

133 *De remedio appellationis, & de inſpectionibus in materia cadétibus.*

134 *Quando intret appellatio ad vtrumque effectum, vel ad vnum tantùm, ſiue ad neutrum.*

135 *Quando etiam in caſibus excludentibus appellationem iſta intret, & de ſtylo ſignaturæ.*

136 *In interlocutorijs regula nõ datur appellatio.*

137 *De termino ad appellandum.*

138 *De modo interponendi appellationem.*

139 *De adhæſione appellati.*

140 *De obligatione appellantis committendi cauſam, & de redeundo pro apoſtillis.*

141 *De fatalibus, vel temporibus ad prosequendam appellationem, & de causis excusantibus à lapsu fatalium.*

142 *De transportatione actorum, eiusque materia, & quando non requiratur.*

143 *Per lapsum fatalium non accedente iusta excusatione, appellatio fit deserta, & an sententia declaratoria super desertione requiratur.*

144 *De exceptionibus modificatiuis compensationis, vel retentionis, aut cessationis causæ obligationis, vel confusionis actionum, & simili etiã post rem iudicatam, ac etiam melioramentorum.*

145 *An Iudex appellationis possit reformare primam sententiam, vel præcisè eam infirmare teneatur.*

146 *An possit appellantem in pluri condemnare, & primam sententiam augere.*

147 *De appellatione ab interlocutoria, an trahat totam causam.*

XI.

148 *Sententia, vel res iudicata sine exequutione non tollit, neque transfert domi-*

dominium, vel possessionem, & quando secus.

149 *De exequutione personali per carcerationem, & de personis quæ nõ possunt carcerari.*

150 *De cessione bonorum ex priuilegio, vel reuerentia.*

151 *De obligatione creditoris alendi debitorem carceratum.*

152. *De axiomate vt qui non habet in ære, luat in corpore.*

153 *De pluribus speciebus exequutionis realis.*

154 *De diuersis quæstionibus, an scilicèt vtraque personalis, & realis exequutio cumulari valeat, & de modo exequendi Cur, & qui ordo teneri debeat.*

155 *Excessus quando exequutionem vitiet.*

156 *De oppositione tertij cum cautela Angeli.*

157 *De subhastatione, & de pluribus eius naturam concernentibus.*

158 *De adiudicatione facienda ipsi creditori.*

159 *An iniusta detecta exequutione, deliberatarius patiatur bonorum auocationem.*

160 *An indebitus creditor isto casu teneatur debitori ad interesse.*

161 *De exequutione spirituali cum censuris, eiusque requisitis.*

XII.

162 *De ratione ob quam in isto loco de attentatis agatur.*

163 *De attentatis post inhibitionem.*

64 *De attentatis lite pendente.*

65 *De attentatis pendente appellatione, vel termino ad appellandum.*

66 *De conclusione quod qui continuat nō attentat, & de eius declarationibus.*

67 *Attentatè gesta sunt nulla, & spoliatiua, & reuocantur etiam cum iudicijs executiuis, vel cum remedijs possessorijs.*

68 *Attentanti denegatur audientia donec purget attentata.*

69 *De purgatione in quo consistat, & quando suspendatur.*

70 *De distinctione inter attētata dolosa, & non dolosa.*

71 *Non petit reuocationem attentatorum ille, qui passus est procedi in negotio principali.*

172 *Post rem iudicatam non datur de attentatis, sed actus reuocatur tanquam nullus.*

173 *Superſeſſoria, vel recurſus ad ſuperiorem cauſat attentata.*

174 *An ſcientia procuratoris in hoc præiudicet principali.*

175 *Etiam vbi pars non poteſt petere reuocationem attentatorum, ea tamen reuocat Iudex ex officio.*

XIII.

176 *In caſu ſpolij, vel attentatorum, omnes expenſæ extraiudiciales, & mortuæ reficiuntur, omneſque fructus, ac damna, & intereſſe reſtituuntur.*

177 *A quo tempore fructuum refectio fieri debeat.*

178 *An veniant ſolùm percepti, vel etiam percipiendi.*

179 *Quid de fructibus melioramentorum an ſint meliorantis.*

180 *An reficiendum ſit accidentale intereſſe.*

181 *Peremptio inſtantiæ, vel deſertio litis aut ſententia litis fauorabilis, an*

excu-

excuſet à fructibus.

82 *De fructuum liquidatione, & de appellatione ab ea.*

83 *De iure iuſta litigandi cauſa excuſat ab expenſis, ſecus autem de Curiæ ſtylo circa condemnationem, & taxam.*

XIV.

84 *Iuris generica regula proceſſum exequutiuum excludit, idcòque ille qui prætendit caſum limitatum, de illo docere debet.*

85 *De differentia inter ius ciuile, & canonicum in iudicijs poſſeſſorijs, de Aegidiana.*

86 *De aliquibus caſibus in quibus iuris communis diſpoſitione attenta intret proceſſus executiuus, & de ijs, qui ſint in quæſtione.*

87 *Et de alijs caſibus in quibus idem proceſſus intret ex communi conſuetudine.*

88 *De obligatione Camerali, alijſque pactis executiuis.*

89 *Quomodo in iſtis iudicijs procedatur.*

90 *De cauſis executiuis in actu viſitationis,*

nis, vel in materia immunitatis Ecclesiasticæ.

191 *De processu executiuo in prouisionibus parochialium.*

192 *De alijs liberis prouisionibus factis per ordinarium.*

193 *Quid in institutione in beneficijs de iurepatronatus.*

194 *De via executiua literarum Apostolicarum, & de duplici exequutoris meri, & mixti specie.*

195 *De materia legitimi contradictoris.*

196 *De diuersis speciebus literarum Apostolicarum, diuersaque forma exequutionis, & processus.*

197 *De seruatione terminorum, ac alijs seruandis in hoc iudicio.*

198 *De Ecclesiastica pensione habente id priuilegium processus exequutiui.*

199 *Alijs Principum literis, super gratijs, & priuilegijs idem competit processus.*

200 *Etiam in præmissis casibus, in quibus exequutiuus, ac priuilegiatus intret processus, iniustitia, vel turbiditas illum cessare facit.*

201 *De proeessus exequutiui præscriptione, seù vulneratione.*

202 *Di-*

202 *Diuersa est causa possessorij ab illa petitorij, & de diuersis speciebus possessorij adipiscendæ, recuperandæ, & retinendæ.*

203 *Primum adipiscendæ diuersas habet species subalternas quæ recensentur.*

204 *Quando istud adipiscendæ denegetur.*

205 *De altero recuperandæ, eiusque priuilegijs, & quando denegetur, & an præscribatur.*

206 *De altero retinendæ, eiusque diuersis speciebus, & requisitis, ac priuilegijs, totaque materia.*

207 *Quare in Curia magis practicetur manutentio quam reintegratio.*

208 *In his iudicijs possessorijs prius est procedendum, & non attenduntur exceptiones boni iuris.*

209 *An, & quando intret appellatio suspensiua in omnibus possessorijs.*

210 *De manutentione, vel reintegratione aduersus factum Iudicis.*

211 *Vtriusque tamen iudicij possessorij, & petitorij vnus est Iudex.*

212 *De alijs ad materiam remissiuè.*

I.

De pluribus iudiciorum speciebus, ac distinctionibus; Et de quibus in præsẽti agatur; Et de personis, ex quibus iudicium constituitur, alysque ad materiæ introductionem.

ILla, inter plures, præsuppositæ huius vocabuli significatione, vt forensem, seù contentiosum denotet actum, quo mediante, inter duos inuicem contendentes, tertius, tanquam bonus vir, pro iustitiæ administratione, litem seù quæstionem decidat, cuilibet quod suum est tribuendo; Duplicem magis genericam, idem vocabulum recipit distinctionem, quod scilicèt aliud est iudicium criminale pro delictis, seù criminibus puniendis, in quibus offensus, vel iniuriatus, vel eius vice fiscus, Actoris, delinquens autem, vel offensor personam Rei gerit; Et aliud est iudicium ciuile, in quo de bonis animatis,

matis, vel inanimatis, vel de rebus, aut iuribus corporalibus, vel incorporalibus, seù generalitèr de meo, & tuo inter duos contentio sit.

In vtroque itaque trium personarum, vnum, vel alterum iudiciū efformantium, præcisus, ac necessarius est concursus, quarum vna,
3 Actoris, altera Rei, & altera Iudicis nomen, seù vocabulum habent; Quamuis etenim aliæ in hac scena dignosci soleant personæ, istæ tamen, comites, vel adiutrices, triu
4 prę missarum substantialium personarum dicuntur; Vt respectu Iudicis sunt, Assessor, & Notarius, alijque inferiores ministri, & exequutores, qui de Iudicis familia dicuntur; Respectu verò Partium contendentium, quibus præmissum Actoris, ac Rei nomen congruit, sunt Aduocati, Procuratores, Actores, Curatores, Periti, & testes hincindè assumi, vel respectiuè induci soliti.

Prout, licet in aliquibus iudicijs criminalibus præsertim, duæ tantùm personæ substantiales apparere

videantur, ludicis nempé, & Rei cum quo per inquisitionem, vel ex officio procedatur; Adhuc tamen altera, quamuis magis occulta, inest Actoris persona, quã ipsamet Respublica, seù Iustitia pro communi vsu cuiusdam publici ministri, seù officialis organum explicat; cui Procuratoris, vel Promotoris fiscalis, aut Curiæ Promotoris, aliudue simile vocabulum pro diuersis regionum moribus tribuitur.

De priori verò criminalium iudiciorum genere, quod aliud mixtum sub se complectitur, in Theatro non agitur, vtpotè ea tantùm ad veritatem, ac iustitiam expendente, quæ in foro tractare dederit occasio, pro genio, Romanæque Curiæ frequentiori stylo, ad vnum tantùm ciuilium genus restricta, ideò; de isto ciuilium sermo tantùm erit, vt ea, quæ in Theatro adsunt sub isto insinuentur compendio. A.

Illud autem ciuilium iudiciorum genus,

A. *de Iudicio, & pravi criminali agitur in tractatu qui dicitur.*

genus, alteram genericam recipit distinctionem, quod nempè alia, sint spiritualia, seù Ecclesiastica; Alia verò prophana, seú temporalia, sub ciuilium tamen magis generico vocabulo, ad criminalium differentiam, æque venientia, spiritualia verò sunt quæ spirituales, & Ecclesiasticas cõcernunt materias, prophana verò quæ temporales, ac indifferentes.

Quamuis etenim ex Romanę Curiæ peculiari stylo, seù loquendi vsu ad certos remissoriæ, & compulsoriæ effectus, diuersa adhibeatur distinctio, seù diuersus sit loquendi vsus, quod nempè, sub spiritualium genere, beneficiales tantúm causæ veniant, sub prophanarum verò omnes aliæ, in quibus de non beneficialibus agatur, specialis tamen ad certos enunciatos effectus stylus est, eamdem tamen Curia adhibet distinctionem, ex causarum natura resultantem. B.

Vnum verò, vel alterum, pro-

 phano-

B. *hoc tit. disc.* 31. Il Dottor Volgare *hoc eod. lib.* 15.

108 *De declaratione circa vsum,*

109 *De seruatione terminorum substantialium.*

110 *De citatione ad sententiam, & de termino habito pro seruato.*

IX.

111 *De diuersis speciebus sententiarum, & & quæ sub decreti nomine veniant.*

112 *De diuersa forma concipiendi sententias, & decreta.*

113 *Sententia diffinitiua subscribitur à Iudice, & publicatur.*

114 *Quando diffinitiua subiaceat appellationi non autem prouisionalis, vel interlocutoria.*

115 *Quando Iudex possit reuocare, vel annullare sententiam propriam diffinitiuam.*

116 *Sententia suspensa per appellationem, quos operetur effectus obtinenti proficuos super bono iure pro alimẽtis, & pro sequestro.*

117 *Res iudicata firmat statum, & facit ens de non ente.*

118 *An, & quando obstet tertio, eumque afficiat.*

119 *De re iudicata in causa status facientе ius quoad omnes.*

120 *De tribus conformibus, vel duabus habentibus vim trium, & quando dicantur conformes cum alijs ad materiam.*

121 *An, & quando attendatur sententia sine actis.*

122 *Exequutor, an possit cognoscere de iustitia.*

X.

123 *Sententia nulla non est sententia, & numquam transit in iudicatum.*

124 *Quales sint nullitates substantiales, quæ attenduntur in Curia.*

125 *Intra quantum tempus dici possit de nullitate.*

126 *An sententia nulla possit eodem tempore confirmari si sit iusta.*

127 *Iniustitia notoria æquiparatur nullitati, eiusque speciem habet.*

128 *Remedium restitutionis in integrum supponit incompetentiam appellationis, quia non datur remedium extraordinarium, vbi suppetat ordinarium.*

129 *De duplici ſpecie reſtitutionis in integrum aduersùs rem iudicatam, & an iniuſtitia ad hunc effectum eſſe debeat notoria.*

130 *Quod etiam ex nouis iniuſtitia ad hunc effectum probari poſſit.*

131 *An, & quando ſententia debeat iuſtificari, vel impugnari ex eiſdem, vt non admittantur noua remiſſiuè.*

132 *An, & quando reſtitutio in integrum impediat exequutionem.*

133 *De remedio appellationis, & de inſpectionibus in materia cadétibus.*

134 *Quando intret appellatio ad vtrumque effectum, vel ad vnum tantùm, ſiue ad neutrum.*

135 *Quando etiam in caſibus excludentibus appellationem iſta intret, & de ſtylo ſignaturæ.*

136 *In interlocutorijs regula nõ datur appellatio.*

137 *De termino ad appellandum.*

138 *De modo interponendi appellationem.*

139 *De adhæſione appellati.*

140 *De obligatione appellantis committendi cauſam, & de redeundo pro apoſtillis.*

141 *De fatalibus, vel temporibus ad prosequendam appellationem, & de causis excusantibus à lapsu fatalium.*

142 *De transportatione actorum, eiusque materia, & quando non requiratur.*

143 *Per lapsum fatalium non accedente iusta excusatione, appellatio fit deserta; & an sententia declaratoria super desertione requiratur.*

144 *De exceptionibus modificatiuis compensationis, vel retentionis, aut cessationis causæ obligationis, vel confusionis actionum, & simili etiã post rem iudicatam, ac etiam melioramentorum.*

145 *An Iudex appellationis possit reformare primam sententiam, vel præcisè eam infirmare teneatur.*

146 *An possit appellantem in pluri condemnare, & primam sententiam augere.*

147 *De appellatione ab interlocutoria, an trahat totam causam.*

XI.

148 *Sententia, vel res iudicata sine exequutione non tollit, neque transfert domi-*

dominium, vel possessionem, & quando secus.

149 *De exequutione personali per carcerationem, & de personis quæ nõ possunt carcerari.*

150 *De cessione bonorum ex priuilegio, vel reuerentia.*

151 *De obligatione creditoris alendi debitorem in carceratum.*

152 *De axiomate vt qui non habet in ære, luat in corpore.*

153 *De pluribus speciebus exequutionis realis.*

154 *De diuersis quæstionibus, an scilicèt vtraque personalis, & realis exequutio cumulari valeat, & de modo exequendi Cur, & qui ordo teneri debeat.*

155 *Excessus quando exequutionem vitiet.*

156 *De oppositione tertij cum cautela Angeli.*

157 *De subhastatione, & de pluribus eius naturam concernentibus.*

158 *De adiudicatione facienda ipsi creditori.*

159 *An iniusta detecta exequutione, deliberatarius patiatur bonorum auocationem.*

160 *An*

160 *An indebitus creditor isto casu teneatur debitori ad interesse.*

161 *De exequutione spirituali cum censuris, eiusque requisitis.*

XII.

162 *De ratione ob quam in isto loco de attentatis agatur.*

163 *De attentatis post inhibitionem.*

164 *De attentatis lite pendente.*

165 *De attentatis pendente appellatione, vel termino ad appellandum.*

166 *De conclusione quod qui continuat nõ attentat, & de eius declarationibus.*

167 *Attentatè gesta sunt nulla, & spoliatiua, & reuocantur etiam cum iudicijs executiuis, vel cum remedijs possessorijs.*

168 *Attentanti denegatur audientia donec purget attentata.*

169 *De purgatione in quo consistat, & quando suspendatur.*

170 *De distinctione inter attẽtata dolosa, & non dolosa.*

171 *Non petit reuocationem attentatorum ille, qui passus est procedi in negotio principali.*

172 *Post*

172 *Post rem iudicatam non datur de attentatis, sed actus reuocatur tanquam nullus.*

173 *Superſeſſoria, vel recurſus ad ſuperiorem cauſat attentata.*

174 *An ſcientia procuratoris in hoc præiudicet principali.*

175 *Etiam vbi pars non poteſt petere reuocationem attentatorum, ea tamen reuocat Iudex ex officio.*

XIII.

176 *In caſu ſpolij, vel attentatorum, omnes expenſæ extraiudiciales, & mortuæ reficiuntur, omneſque fructus, ac damna, & intereſſe reſtituuntur.*

177 *A quo tempore fructuum refectio fieri debeat.*

178 *An veniant ſolùm percepti, vel etiam percipiendi.*

179 *Quid de fructibus melioramentorum an ſint meliorantis.*

180 *An reficiendum ſit accidentale intereſſe.*

181 *Peremptio inſtantiæ, vel deſertio litis aut ſententia litis fauorabilis, an*

excu-

excuſet à fructibus.

82 *De fructuum liquidatione, & de appellatione ab ea.*

83 *De iure iuſta litigandi cauſa excuſat ab expenſis, ſecus autem de Curiæ ſtylo circa condemnationem, & taxam.*

XIV.

84 *Iuris generica regula proceſſum exequutiuum excludit, idcòque ille qui prætendit caſum limitatum, de illo docere debet.*

85 *De differentia inter ius ciuile, & canonicum in iudicijs poſſeſſorijs, de Aegidiana.*

86 *De aliquibus caſibus in quibus iuris communis diſpoſitione attenta intret proceſſus executiuus, & de ijs, qui ſint in quæſtione.*

87 *Et de alijs caſibus in quibus idem proceſſus intret ex communi conſuetudine.*

88 *De obligatione Camerali, alijſque pactis executiuis.*

89 *Quomodo in iſtis iudicijs procedatur.*

90 *De cauſis executiuis in actu viſitationis,*

nis, vel in materia immunitatis Ecclesiasticæ.

191 *De processu executiuo in prouisionibus parochialium.*

192 *De alijs liberis prouisionibus factis per ordinarium.*

193 *Quid in institutione in beneficijs de iurepatronatus.*

194 *De via executiua literarum Apostolicarum, & de duplici exequutoris meri, & mixti specie.*

195 *De materia legitimi contradictoris.*

196 *De diuersis speciebus literarum Apostolicarum, diuersaque forma exequutionis, & processus.*

197 *De seruatione terminorum, ac alijs seruandis in hoc iudicio.*

198 *De Ecclesiastica pensione habente idē priuilegium processus exequutiui.*

199 *Alijs Principum literis, super gratijs, & priuilegijs idem competit processus.*

200 *Etiam in præmissis casibus, in quibus exequutiuus, ac priuilegiatus intret processus, iniustitia, vel turbiditas illum cessare facit.*

201 *De proceßus exequutiui præscriptione, seù vulneratione.*

202 *Diuersa est causa possessorij ab illa petitorij, & de diuersis speciebus possessorij adipiscendæ, recuperandæ, & retinendæ.*

203 *Primum adipiscendæ diuersas habet species subalternas quæ recensentur.*

204 *Quando istud adipiscendæ denegetur.*

205 *De altero recuperandæ, eiusque priuilegijs, & quando denegetur, & an præscribatur.*

206 *De altero retinendæ, eiusque diuersis speciebus, & requisitis, ac priuilegijs, totaque materia.*

207 *Quare in Curia magis practicetur manutentio quam reintegratio.*

208 *In his iudicijs possessorijs prius est procedendum, & non attenduntur exceptiones boni iuris.*

209 *An, & quando intret appellatio suspensiua in omnibus possessorijs.*

210 *De manutentione, vel reintegratione aduersus factum Iudicis.*

211 *Vtriusque tamen iudicij possessorij, & petitorij vnus est Iudex.*

212 *De alijs ad materiam remissiuè.*

I.

De pluribus iudiciorum speciebus, ac distinctionibus; Et de quibus in præsẽti agatur; Et de personis, ex quibus iudicium constituitur, alysque ad materiæ introductionem.

ILla, inter plures, præsuppositā huius vocabuli significatione, 1
vt forensem, seù contentiosum denotet actum, quo mediante, inter duos inuicem contendentes, tertius, tanquam bonus vir, pro iustitiæ administratione, litem seù quæstionem decidat, cuilibet quod suum est tribuendo; Duplicem magis genericam, idem vocabulum recipit distinctionem, quod scilicèt aliud est iudicium criminale 2
pro delictis, seù criminibus puniendis, in quibus offensus, vel iniuriatus, vel eius vice fiscus, Actoris, delinquens autem, vel offensor personam Rei gerit; Et aliud est iudicium ciuile, in quo de bonis animatis,

matis, vel inanimatis, vel de rebus, aut iuribus corporalibus, vel incorporalibus, seù generalitèr de meo, & tuo inter duos contentio sit.

In vtroque itaque trium personarum, vnum, vel alterum iudiciū efformantium, præcisus, ac necessarius est concursus, quarum vna, 3 Actoris, altera Rei, & altera Iudicis nomen, seù vocabulum habent; Quamuis etenim aliæ in hac scena dignosci soleant personæ, istæ tamen, comites, vel adiutrices, triu 4 prę missarum substantialium personarum dicuntur; Vt respectu Iudicis sunt, Assessor, & Notarius, alijque inferiores ministri, & exequutores; qui de Iudicis familia dicuntur; Respectu verò Partium contendentium, quibus præmissum Actoris, ac Rei nomen congruit, sunt Aduocati, Procuratores, Actores, Curatores, Periti, & testes hincindè assumi, vel respectiuè induci soliti.

Provt, licet in aliquibus iudicijs criminalibus præsertim, duæ tantùm personæ substantiales apparere

5 videantur, Iudicis nempé, & Rei cum quo per inquisitionem, vel ex officio procedatur; Adhuc tamen altera, quamuis magis occulta, inest Actoris persona, quã ipsamet Respublica, seù Iustitia pro communi vsu cuiusdam publici ministri, seù officialis organum explicat; cui Procuratoris, vel Promotoris fiscalis, aut Curiæ Promotoris, aliudue similè vocabulum pro diuersis regionum moribus tribuitur.

De priori verò criminalium iudiciorum genere, quod aliud mixtum sub se complectitur, in Thea-
6 tro non agitur, vtpotè ea tantùm ad veritatem, ac iustitiam expendente, quæ in foro tractare dederit occasio, pro genio, Romanæque Curiæ frequentiori stylo, ad vnum tantùm ciuilium genus restricta, ideò; de isto ciuilium sermo tantùm erit, vt ea, quæ in Theatro adsunt sub isto insinuentur compendio. A.

Illud autem ciuilium iudiciorum genus,

A: *de Iudicio, & pravi criminali agitur in tractatu qui dicitur.*

genus, alteram genericam recipit
7 distinctionem, quod nempè alia sint spiritualia, seù Ecclesiastica; Alia verò prophana, seú temporalia, sub ciuilium tamen magis generico vocabulo, ad criminalium differentiam, æque venientia, spiritualia verò sunt quæ spirituales, & Ecclesiasticas cõcernunt materias, prophana verò quæ temporales, ac indifferentes.

Quamuis etenim ex Romanç Curiæ peculiari stylo, seú loquendi vsu ad certos remissoriæ, & compulsoriæ effectus, diuersa adhibeatur distinctio, seù diuersus sit loquendi vsus, quod nempè, sub spiritualium genere, beneficiales tantúm causæ veniant, sub prophanarum verò omnes aliæ, in quibus de non beneficialibus agatur, specialis tamen ad certos enunciatos effectus stylus est, eamdem tamen Curia adhibet distinctionem, ex causarum natura resultantem. B.

Vnum verò, vel alterum, pro-

 phano-

B. *hoc tit. disc.* 31. Il Dottor Volgare *hoc eod. lib.* 15.

phanorum, vel ſpiritualium iudiciorum genús æqualitèr in plures diuiditur; Alia namque eſt ſpecies iudicij ordinarij, quod petitorij quoque dici ſolet; Et altera ſummarij, quod duplicem habet diuerſam nuncupationem, poſſeſſorij ſcilicèt, & exequutiui; Altera quoque diſtinctione cadente inter iudicium reale, & perſonale, cum ea, mixta ſpecie, cui perſonalis in rem ſcripti, vel rei perſequutorij nomen congruit.

Eaque ſpecies, quæ poſſeſſorij iudicij dicitur, in tres alias diſtinguitur ſpecies ſubalternas, quarum vna adipiſcendæ; Altera recuperandæ; Et altera retinendæ poſſeſſionis appellatur; Ipſarumque ſingulæ, alias adhuc recipiunt diſtinctiones; Vltima præſertim retinendæ, vt aliud ſit ſummarium, vel ſummarijſſimum, alterum verò plenarium, quamuis in Romana Curia hæc diſtinctio ab aula receſſiſſe videatur.

Prout prima adipiſcendæ ſpecies, diuerſa ſortitur vocabula, ſeù di-

uer-

uersas habet vias, quę diuersos producunt effectus, diuersumque habent ordinem; Vna etenim sub hypothecariæ; Altera saluiani; Altera associationis; Altera tenutæ; Altera remedij legis finalis; Altera interdicti quorum bonorum, vel quorum legatorum; Et altera primi, vel secundi decreti, vocabulis alijsque similibus, pro diuersis regionum, vel Tribunalium loquendi vsibus, explicari solent; Omnes tamen istæ, vel similes species etiã illa iuri communi ignota, quæ pro beneficij, vel pensionis assequutione, aliarumuè Apostolicarum literarum exequutione practicari solet, sub eodem generico omnium complexiuo vocabulo immissionis, pro Curiæ loquendi vsu, explicantur.

C.

C. *disc.* 1. *hoc tit.*

II.

De Actore, & de Reo, quis nam, vnius, vel alterius personam gerat; Et de effectibus ex vna vel altera personarum specie resultantibus.

ACtoris personam, pro generica frequentiori regula, ille gerere dicitur, qui prior coram Iudice comparcat, atque emulum ad iudiciū prouocet, qui proinde Reus dicitur, vtpotè conuentus, vel prouocatus. 8

Quandoque verò, in oppositum se res habet, vt qui prior in iudicio comparet, atq; alterum prouocat, quamuis apparenter actoris personam gerere videatur, vbi tamen cōtrouersiæ rei, vel iuris esset possessor, ideóque suæ possessionis, vel pertinentiæ tuendæ, vel confirmādæ gratia, alterum, qui molestias iactauerit, prouocare studeat, in eo remedio, quod diffamationis, vel iactationum dicitur, ex veriori, 9

magis-

magisque recepta sententia (vbi tamen possessor sit, & non aliàs,) Rei potiùs personam gerat, prouocatus autem illam actoris.

Altera quoque datur species, in qua prouocatus, apparentèr dicatur Reus, ipsa tamen re, sit Actor; Eiq; voluntarij nō autem necessarij Rei nomen, seù vocabulum tribui solet; Vbi nempè ad iudicium aliquis inuitetur non cogendus, neque contumax reputandus, minusque in aliquo condemnandus, sed quatenùs sua putauerit interesse, voluntariè ad illud venturus, suaque deducturus iura, quæ habere prætendat, iure in iudicium cum diuerso necessario Reo deducta, ne se inauditum dicere valeat, ideoque tanquam nouus per actum, atq; completum iudicium eludere.

Quamplures autem, ex vna, vel altera persona resultant effectus, nimiumque propterea refert vnam vel alteram geri; Potissimè verò super Iudicis; vel fori competentia, vbi inter Actorem, & Reum omnimoda dignoscatur fori diuersi-

tas, quia nempè vnus Ecclesiasticò, alter verò laicali subiaceat foro cõuenire debeat, non autem ad prõprium illum trahere valeat, nisi peculiare priuilegium, ab eo concessum, qui legitimam habet potestatem; huius regulæ limitationẽ suadeat; Ideòque laicus possessor clericum iactantem, seù aliàs ius aliquod habere prętendentem, in proprio laicali prouocat foro, & tanquàm actorem potiùs quam reum; & è conuerso; Idemque fortius in alijs fori speciebus, in quibus non adeò vrgeat omnimoda resistentia.

Alter est effectus electionis Iudicis, inter plures eiusdem fori æquè competentes, vt ea sit Actoris; Nisi
12 Rei præuentiua diligentia, huius regulæ suadeat limitationem, quia nempè possessor, in præmisso diffamationum, vel iactationum remedio, formidatum, vel iactatum, prouocet Actorem.

In Actionum, vel exceptionum cumulo, inter Actorem, & Reum,
13 ea dignoscitur differentia, quod actor contrarias nõ cumulat actiones;

nes; Et quamuis diuersas cumulandi tribuatur facultas; Reo tamen petente, ad vnam se restringere teneatur; E' conuerso autem Reus plures, nedum diuersas, sed etiam contrarias deducit exceptiones.

Super impedimentis, quæ ex censuris, alijsque similibus criminibus, vel obiectis eadem viget differen-
14 tia; Excommunicatus etenim tanquam actor in iudicio, non admittitur, neque alium prouocare valet, siuè iam ceptum iudiciū prosequi, quod facit reus, censurarum impedimento non obstante; Idemque in alijs impedimentis.

Pro locorum item diuersis mo-
15 ribus, vel stylis, eadem dignosci solet differentia, super iuramento calumniæ præstando, vel expensarū cautionis obligatione, alijsque similibus, quæ Actori non autem Reo incumbant.

Aliauè super litis introductione, vel pendentia dignoscitur differentia, vt quoad actorem, sola libelli
16 oblatio, vel monitorij, seù commissionis, aut alterius consimilis

prouocationis impetratio, litis inducat pendentiam; Quoad Reum verò, citatio legitimè exequuta, necessaria sit, vt eius scientia, vel illegitima exequutio non sufficiat.

Omnium verò maior, atque in foro frequentior, ille dicitur effectus, qui probationis onus percu-
17 tit; Actori etenim probandi onus incumbit, id quod pro suæ actionis, vel intentionis fundamento, in iudicio deducat, istaque probatio perfecta, & concludens esse debet; Alàs etenim reus, absque aliqua sui iuris, vel exceptionis iustificatione per non ius actoris, siuè ex concludentis probationis defectu, (vt dicitur) fugiendo vincit.

Paribus item hincinde colluctãtibus probationibus, potior est cau-
18 sa rei, pro quo in dubio est iudicãdum; Quinimó neque probationũ paritas in reo desideranda est, eas etenim ità facere, vel habere sufficit, per quas Actoris probatio, turbida, seù imperfecta efficiatur, ità impediendo Actorem, ne suas probationes ad perfectionis gradum,

seù

seù metam reducat.

Quandoque tamen, in hoc probationum onere, vel effectu, reus
19 Actoris, & è conuerso, Actor rei personā gerere dicitur, Vbi nempè Actor iam perfectas, & concludentes suas fecerit probationes, suamque benè fundauerit actionem, illam in iuris regula, vel assistentia, fundatam iam habeat, Reus verò cum exceptione illam elidere autumet, cùm tunc in exceptione Actor dicatur, ideòque concludentis probationis onere grauetur, vt pariformiter in ipso eadem procedant, quæ in actore dicta sunt; Idemque in ipso Actore, qui replicando concludentèr à Reo probatam exceptionem elidere velit; Cùm alijs minus in praxi frequentibus effectibus in sua sede deductis. D.

D. *disc. 2. hac tit.*

III.

De Iudice competente vel incompetente; Ac de Assessore, & Notario aliisque exequutoribus, & ministris Iudicis.

IVdex est ille, qui recti, & æqui amator, bonus vir à lege appellatus, 21 omni postposita affectione, tanquam iustitiæ minister, quod suum est cuique tribuit, atque litium est decisor.

Dupliciter autem iste iudex constitui solet; Primò nempè Principis; vel Reipublicæ auctoritate, qui propterea necessarius, etiam nolentium sit iudex, ac superior; Et secundò ex ipsarum contendentium partium electione, quia nempè cõcorditer aliquem priuatę conditionis virum sibi ipsis ex mutuo consensu, vel ex parte legis præcepto; iudicem statuerint; istaque posterior species sub Arbitri potius, vel Arbitratoris vocabulo ex communi vsu explicatur, iudicis nomine, seu

seù vocabulo propriè illi cõgruente qui publica sit auctoritate deputatus.

Illeque duplicem pariter habet speciem, ordinarij nempè, & delegati; pluribus vigentibus differentijs inter vnam, & alteram speciem, de quibus in progressu; Præsertim verò in recusatione ex causa suspi-
22 cionis, vt in Ordinario legitimæ causæ allegatio, ac probatio desiderentur, non autem in delegato, nisi etiam in ordinario, aliter suadeat consuetudo, vt præsertim in Romana Curia viget quod etiam sine causæ allegatione, ac probatione reintegra, consensu in iurisdictionem non accedente, recusandi aliquos Iudices etiam ordinarios, magis verò delegatos reintegra sine causa concedatur facultas, Quando autem res integra non sit in vtroque pariformiter iusta causa, quę de nouo superuenerit, siuè quæ de nouo innotuerit, desideratur ex regula vt semel approbatus Iudex nõ recusetur; Nimium tamen in Curia huiusmodi quæstiones raræ sunt;

Vel

Vel quia Iudices de facili abstinent ad omnem Partium suspicionem remouendam Vel quia in quadam extraiudiciali potius forma summariè deciduntur adeovt nulla, vel multùm rara desuper audiatur formalis quæstio iudicialis; Ideoque parum de recusationis causis agitur certam, ac genericam non habentibus regulam, vt potè ab indiuiduorum casuum circumstãtijs normam recipientibus, ac propterea in sua sede videndum est. E.

Competentiæ, verò vel incom-
23 petentiæ quæstiones, frequentius habentur; præsertim pro causarum cognitione in prima instantia in partibus coram locorum Ordinarijs habenda, siue ratione maioris cõpetentiæ, quæ inter plures æque competentes ex aliquâ circumstantia detur; ratione scilicet connexionis, vel præiudicialitatis, vel continentię causæ; De his autem, ac similibus, in sua peculiari iurisdictionis, ac fori competentis actum

E. *disc. 3. ex num. 63.*

actum est sede, in qua videndum est. F.

Iuris imperitus Iudex esse non
24 prohibetur; sub ea tamen lege, vt iurisperitum in consiliarium assumat, vèl assessorem; Isteque pariter, duplicem habet speciem, publicam scilicet, ac generalem, quia nempe, Iudicis, vel magistratus
25 adinstar, a Republica, vel à Principe, alioue superiore Magistratu, ad quem pertineat, ad causarum vniuersitatem Ordinarius Assessor deputatus fuerit; Et priuatam, quia in singulis causis per Iudicem vel magistratum assumatur; Eadem proinde cadente differentia, quæ inter ordinarium, ac particularem delegatum insinuata est, vt posterior, etiam sine causæ allegatione, ac probatione, reintegra recusetur, prior verò non, consuetudine aliter non suadente, vt in Curia suadet.

Illa item qualitas clericalis, vel ecclesiastica, quæ in Ecclesiastici vel spiritualis fori causis in Iudice desidesi-

F. *tit. de Iurisdic. disc. 74. & seqq. & d. disc. 3. hoc tit.*

desideratur, in Assessore necessaria non est; Atque locorum vel Tribunalium styli quæstiones decidunt super forma præstationis voti, per Assessorem faciendæ, siue an idem votum ante sententiæ prolationem à Iudice faciendam appellationem admittat; ideoque in præmissis, ac similibus certa, ac generalis non habetur statuta regula, cum à locorum, vel Tribunalium stylis, quibus deferendum est; totum pendeat. G.

Notarium, qui iudicij acta conscribat, sub diuersis, Actuarij, Cancellarij, Secretarij, actorum Magistri, ac scribæ, similibusque vocabulis pro diuersis regionum moribus appellari solitum, lex præcisè necessarium non statuit, cum ipse Iudex per se ipsum conscribere, atque iudicij acta gerere valeat, ipsasque sententias proferre, & publicare, ideoque præmissæ tres personæ tantum Actoris scilicet, Rei, & Iudicis, pro iudicij substantia necessariæ reputantur; Communis tamen

26

G. *disc. 4. hoc tit.*

men vſus, quandam induxit neceſſitatem; vt propterea iſta quarta perſona, tribus adaucta videatur, dum nulla penè dari videtur cauſa, quæ iudicialem habeat cognitionem, abſque Notario, qui pro eodem communi vſu eamdem quam Iudex duplicem habet ſpeciem, publici ſcilicet, ac generalis, ad vniuerſitatem cauſarum, publica auctoritate deputati; Et priuati, ſeù particularis, pro certis cauſis aſſumpti; idque pariter certam, ac genericam non recipit regulam, cum à locorum ac Tribunalium ſtylis totum pendeat.

Iuris autem communis attentis generalibus regulis eadem in Notario; quæ in Aſſeſſore procedit recuſandi facultas abſque cauſa re tamen integra vbi loci conſuetudo aliter non ſuadeat. H.

In aliis verò Iudicis inferioribus miniſtris, qui de ipſius familia di-
27 cuntur rarę ſunt in ciuilibus quæſtiones, in criminalibus frequentius cadere ſolitæ, ſuper fide eis præ-

H. *diſc.5.hoc eod.tit.*

præstanda; illæ siquidem quæ in ciuilibus cadunt quęstiones super fide inferioribus pręstãdæ citationis exequutionem percutiunt in eiusdem citationis particulari rubrica inferius insinuatæ.

Pro Curiæ item stylo super Notarij substitutorum, vel iuuenum fide quæstiones quandoque forus audit certam, ac genericam non de facili recipientes regulam, vel decisionem à facti circumstantijs pendentem, ideoque pro casuum opportunitate in sua sede videndũ est, tam circa fidem eis præstandam, quam circa Notarij præponentis obligationem prò eorum culpis, ac defectibus qui in omittendo, vel committendo consistant. l.

d. disc. 5.

I V.

De litis vel cauſæ introductione, & conteſtatione, ac duratione, vel reſpectiuè extinctione, vel ceſſatione; Et de exceptionibus dilatorijs, vel peremptorijs iudicij ingreſsū vel progreſſum impedientibus

QVamuis ciuili Romanorum iure attento, litibus, vel iudicijs initium, vel introductionem præbeat libellus, ſub certis ſolemnitatibus
29 concipiendus, ac exhibendus; Penè tamen vniuerſalis vſus, huiuſmodi aboleuit ſolemnitates, ac antiquas ſuperſtitiones, vt qualis petitio ſit per Actorem facta, ità explicata, vt Reus conuentus quid petatur intelligat, ideoque an cedendum, vel contendendum ſit, deliberare valeat, libelli vicē habeat, eundemque operetur effectum; vbi de ordinarijs agatur iudicijs, ſiue de illis ſummarijs, in quibus, pro Tribunalium ſtylo, eadem quoque, vel æquipollens adhibeatur petitionis forma, cum in vere ſummarijs, & exæ-

qua-

quutiuis, ſimplex citatio coram Iudice facta, libello, vel petitioni æquipolleat. K.

Diuerſas autem formas, vel ſpecies pro Tribunalium diuerſis ſtylis huiuſmodi petitiones habent, de Romanæ autem Curiæ praxi agendo in aliquibus Tribunalibus, in illo præſertim capitolini fori, quod antiquarum iuris ciuilis Romanorum ſuperſtitiones, aliquas retinendo reliquias, antiqua ſolemnis libelli abhibetur forma vel imago; In alijs autem, Auditoris Cameræ, Vicarij, Camerarij, Theſaurarij, & Gubernatoris, alijſque, illo præſertim Ædilium; adhibetur monitorium, quod libelli vicem habet, eiuſque loco cedit; In Tribunali autem Rotæ vel in Cardinalibus, & Prælatis ex Apoſtolica delegatione, particularium aliquarum cauſarum cognitionem habentibus per commiſſionem, quæ eamdem libelli obtinet vicem, ac operatur effectum; In Tribunali autem Cameræ Apoſtolicæ, commiſſionis vice,

K. *diſc.* 3.

vice, alter ſuccedit actus, cui propoſitionis vocabulũ tribuitur; Huiuſmodi non cadentibus terminis in illis cauſis, quæ in Sacris agantur Cardinalitijs Congregationibus, vtpotè iudicij formam, vel figuram non habentibus, ideoq; in extraiudicialis recurſus forma ſupplices adhibentur libelli. L.

Pro litis autém, vel cauſæ initio,
1 vel introductione, ea ſuperius inſinuata eſt differentia, quæ inter Actorem, & Reum viget, vt quoad Actorem, ſola libelli, vel petitionis oblatio, aut commiſſionis, vel monitorij obtentio, litem inducat, ſuoſque conſuetos, illum præſertim malæ fidei, inducat effectus; Quoad Reum verò, legitima requiratur demandatę citationis ad commiſſionis vel monitorij normam, exequutio; Extraiudiciali, non refragante ſcientia.

Quamuis autẽ poſt legitimè exequutam citationem, alterum à pra-
2 ticis reproductionis deſideretur requiſitum illud tamen ad Iudicis potius

L. *ibidem*.

potius ſtatuendam iuriſdictionem requiſitum eſt, iuxtà declarationes in ſua ſede latius habitas, ibique videndas, vtpote non de facili ſub compendio explicabiles. M.

Aliam quoque eadem Romanorum ciuilis lex ſolemnitatem in-
33 duxit, quæ conteſtationis litis dicitur, vt tanquam per ſtipulationis ſpeciem, Actori interroganti, Reus affirmando, vel negando reſpondeat, atque ſuper huiuſmodi perſonarum coniunctione, actúſq; perfectione non modica ſequebatur temporis iactura, calumniarumque alimonia; Iſtam itaque formalitatem, vbique meritò praxis aboleuit, præſertim verò in Romana Curia cui magis cordi eſt calumnias antiũ occurrere ſubterfugijs, ideoque primus ille actus, fori non declinatiuus, quem Reus conuentus ad iudicium euocatus agat, huius conteſtationis vim habet. N.

Litis itaque ità introductæ, ingreſſum, vel progreſſum, plures impe-

M. *d. diſ. 7.*
N. *ibidem.*

impedire ſolent exceptiones, quæ ex Rei conuenti parte opponantur, quæ dilatoriæ, ac reſpectiue peremptoriæ, ſeù præiudiciales, pro di-
34 uerſo locorum, ac Tribunalium ſtylo appellantur, diuerſaſque, prò eadem ſtyli diuerſitate ſpecies habent, vel formas; Vt ſunt præſertim exceptiones incompetentiæ fori, vel iudicis, vel connexionis, ac præiudicialitatis, ob diuerſam litem coram diuerſo iudice pendentem, ſiue præſtationis iuramenti calumniæ, vel cautionis expenſarum, aut Rei conuenti priuilegium ratione publici Magiſtratus, quem exerceat, vt eo durante ad iudicium euocari non valeat, vel ſimile priuilegium; Aut illa legitimationis perſonæ, ſiue inhabilitatis Actoris, qui in iudicio eſſe non valeat ratione excommunicationis, vel ſpolij, aut attentatorum, vel recurſus ad laicos, aut periurij, vel contumaciæ cum ſimilibus; Atque pro frequentiori Curiæ praxi, ob impedimentū, quod præiudiciales clauſulæ præbent, vt ſunt clauſula ſub-

lata, & decretum irritans, ex quibus Iudicis, & partis os clausum, manusque ligatæ dicuntur, ideoque Papam adire oportet, pro aperitione oris, ac habilitatione. O.

Incidentia quoque resultant quæ litis seu processus cursum impediant, puta admissionis tertij ad causam, super qua illo se opponente, cuius non admitti interest disputationes assumi solent dilationem inducentes super interesse existentia. P.

Petitæ prouisiones, disputationes quoque ansam præbent, causæ cursum impedientes, puta sequestri prouisionalis, vel alterius quod Clementinæ dicitur; Vtrumque enim regulariter prohibitum est, in plerisque tamen casibus permissum, pro facti qualitate, & circumstantijs, Iudicis arbitrio pensandis; Certa proinde desuper non cadente regula; ideoque causę cursus impedi-

O. *disc.* 20. *hoc tit.* & *disc.* 50. *de Pens.* & *disc.* 50. *in Relat. Curiæ.*

P. *disc.* 17. *hoc tit.*

peditur donec hæc sequatur, Q. siue vbi alimentorum, ac sumptuum litis fiat petitio ratione paupertatis, coniunctæ cum bono iure, quorum vtrumque iustificandi onus petenti incumbit; Idque pariter facti potius quam iuris est, ex facti qualitate, & circumstantijs decidendum, proindeque certam non recipit regulam, sed pro casuum contingentijs, & oportunitate in sua sede videndum. R.

In ijs locis, vel Tribunalibus, in quibus legum ciuilium seruetur dispositio, peremptionis instantiæ, ob silentium triennale in prima, & biennale in secunda, obiectum ex parte rei conuenti, ad litis cursum impediendum deduci solet, ideoque super causis excusatiuis, istumque peremptionis effectum impedientibus, disputationes cadunt, eumdem dilatorium operantes effectum; Vel peremptione posita, super ea restitutione, per supremum Principem, vel maiorem magistra-

36

Q. *dis.* 13.
R. *disc.* 14.

tum ad, quem pertinet, concedi solita, quæ spiritus insufflatio, pro aliquorum locorum, vel Tribunalium moribus dicitur. S.

Istas tamen quæstiones Romana Curia, totusque Ecclesiasticus forus
37 non audit, ob iuris Canonici, cum quo viuitur, dispositionem, quæ ex veriori, magisque recepta sententia istam impedit peremptionem, atque instantiam efficit perpetuam.

Adhuc tamen isto retento præsupposito explicitæ cessionis, vel renunciationis litis, quæstiones ca-
38 dunt, quæ facti potius, quàm iuris pro facti qualitate pendent; Siue illius implicitæ cessionis, vel extinctionis, cui desertionis vocabulum tribui solet, ob litem diú neglectam ac derelictam; Id autem duo copulatiuè desiderat requisita, ad praxim raró deducibilia, longissimum scilicèt, ad minus triennale silentium, & malum ius, alijs non exclusis probationis modis, vel speciebus eumdem desertionis animum iustificantibus. T.

Super

S. *d. disc.* 17. *hoc tit.* T. *Ibidem.*

Super enunciata litis pendentiæ, vel connexionis, aut præiudicialitatis exceptione, frequentes cadunt
39 quæſtiones, eumdem dilatorium, paritèr producentes effectum, an ea triplex copulatiua verificetur identitas, perſonarum, ſcilicèt, rei, & actionis, quæ veram inducit continentiam, ſiuè litis pendentiæ exceptionem; Siuè an ea vera connexio, vel præiudicialitas, quę ſuper eodẽ indiuiduo puncto, contrarias parere poſſit ſententias, vel quod actionis amiſſionem, aut ſuſpenſionem producat; Aut quod vnius cauſę determinatio, rei iudicatæ exceptionem in altera producat, atque ſtatũ faciat, de his autem in iuriſdictionali materia ſub fori competentiæ inſpectione habetur latiùs actum. V.

Peremptorię quoque exceptiones facti paritèr potiùs, quàm iuris quę-
40 ſtiones continent, ideòque genericam, ac certam non admittentes regulam, ſed ex facti qualitate, & circumſtantijs expectantes deciſionem, vt præſcriptionis, vel tranſa-

V. *diſc. 74. & 76. de Iuriſdict.*

ctionis, aut ſolutionis, vel compenſationis, ſiuè confuſionis actionum exceptiones, aliæve ſimiles eſſe ſolent in ſuis reſpectiuè ſedibus peractæ. X.

V.

De Iudicio contumaciali, ſcù per contradictas, iſtaque occaſione de legitima Partis citatione,

CVm præſuppoſito, quod collitigans ad iudicium euocatus, cõpareat, præmiſſaſque dilatorias, vel peremptorias exceptiones opponat quæſtiones cadunt, præcedenti ru-
41 brica inſinuatæ; Iſtoque caſu, nulla citationis legitimè decretæ, vel exequutæ cadit inſpectio; Cùm etenim citationis finis, vel effectus partis comparitio ſit, iſto profùdè accedente effectu, non curatur modus.

Quia verò ad iudicium euocatus qui parere, vel comparere, præfini-
42 to tempore negligat, contumax reputa-

X. *diſc.* 20. *hoc tit.*

putatur, illeque est contumaciæ effectus, vt fictam inducat præsentiã, ideòque in alijs actibus, totiusque processus progressu, amplius eum citare non oporteat, ex Vrbano stylo Romanæ Curiæ quibusdam in ipsamet fieri solitis citationibus, vel formalitates adhiberi, quæ per contradictas dicuntur, vt propterea semel citatus, atque ob non comparitionem contumax effectus, rei iudicatæ, eiusque exequutionis patiatur effectum, nisi re integra, antè scilicèt sententiæ prolationem, cõparendo contumaciam, cum expẽsarum refectione purget, iuxtà varios locorum, vel Tribunalium stylos. Y.

Hinc legitimæ exequutæ citationis quæstiones cadunt, cùm ad huiusmodi veram contrahendam con-
43 tumaciam omninò vera, ac certa desideretur scientia, ad cuius effectum personalis requisita est citatio, ità benè concepta, ac legitimè exequuta, vt citatus agnoscat, se nõ comparentem in contumaciam, ad

Y. *disc.* 10. *hoc tit.*

ea; quæ in citatione continentur, non tamen vltrà, licitè condemnandum fore.

Duplicem verò ſpeciem illegitimæ citationis, vel exequutionis quęſtiones habent; Vnam nempè puri facti, ſuper illius iam exequutæ probatione, & an exequutoris, vel notarij credendum ſit relationi; Alteram verò, quæ aliquã iuris admixtam habeat inſpectionem, an ſcilicèt exequutionis de facto, de qua non dubitetur iuſtificatione poſita, valida tamen, ac legitima cenſenda ſit, vt præmiſſum contumaciæ producat effectum.

Prior nudi facti, vel probationis inſpectio, certam non recipit regu-
44 lam, cùm iuxtà genericam facti quæſtionum naturam, & ab eius circumſtantijs deciſionem recipiat, ac etiam à locorum, & Tribunalium legibus, vel ſtylis, cum quibus procedendum eſt; Aliquibus in ſua ſede inſinuatis propoſitionibus compendio non de facili congruis, cum quibus, particulari ſtylo ceſſante, ſiuè eo dubio exiſtente procedendũ ſit. Z. Z. *diſc.* 9. Pro-

Probationum etenim materia generalem non habet regulam, sed Iudicis prudenti commissa est arbitrio in singulis, quibusque casibus pro facti qualitate regulando, an scilicèt soli Cursori, vel Nuncio sine Testibus, vel Notario de exequutoris facto attestanti deferendum veniat.

In altera verò inspectione, quæ tam facti, quàm iuris habet mixtu-
45 ram, quamplures cadere solent quæstiones, super Iudicis citantis potissimùm iurisdictione, vel competentia, adeòvt citatus illum impunè spernere valeat; Vel quia licèt Ordinarij Iudicis certa, ac notoria incompetentia sit, vt illa laici cum clerico esse solent; Vel quia de delegato Iudice agatur, aliam cum citato iurisdictionem, vel competentiam non habente nisi eam, quam specialis tribuat delegatio; Vt scilicèt citatio non afficiat, nisi citato id innotescat ipsius delegationis in citatione inserto tenore, cùm aliàs illum tanquam priuatum contemnere liceat; Aliquas tamen huiusmodi

modi propoſitione pro diuerſis locorum moribus, vel ſtylis patiente limitationes, certam proindè normam non habentes, Vbi nempè delegante præſente in loco, delegatus talem ſe aſſerat; Siuè vbi eius dignitas, vel eximia qualitas, fidem exigat; Aut vbi ad cauſarum vniuerſitatem delegatio ſit; Vel alia occaſione citato iam cognita, cum ſimilibus limitationibus, quę ex facti qualitate, vel ſtylis reſultent. A.

Competentis item Iudicis citatio illegitima, ſeù ineffica x, ratione lo-
46 ci eſſe ſolet, quia nempè extrà proprium territorium, ſuamque iuriſdictionem ſine illius territorij Domini, vel Magiſtratus licentia, decreta ſit; Vbi veró in proprio decreta territorio ſit, in alieno autem, ſiuè in exempto loco ſit exequuta, ex veriori, magiſq; recepta ſententiâ afficit, ſuoſque operatur effectus. B.

Termini etiam incongruentia, citationem inefficacem reddere ſolet,

A. *dicto diſt. 9. hoc tit.*
B. *Ibidem.*

47 let, quia nempè nimium breuem contineat terminum, intra quem citato comparere volenti impossibilis reddatur accessus; Ista etenim incompetentis termini præfinitio, citatum omninò excusabilem reddit, vt neque post illum decursum terminum, qui competens esset, cõtumax valeat reputari.

Temporis item incõgruitas, eumdem, pro locorum legibus, vel mo-
48 ribus, parere solet effectum, quia nempè aeris insalubritas, siuè diuini, vel humani belli casus, iustum præbeat impedimentum; Raram tamen in ciuilibus, ista excusationis species praxim habet, in criminalibus potiùs, in quibus personalis demandetur comparitio, sub quæstione cadere solita, cùm in ciuilibus, absque personali accessu, per literas procurator constitui valeat; Idemq; si illud vigeat impedimẽtum, quod sub genere non tuti accessus cadat, siuè carcerationis, vel infirmæ valetudinis.

Modus quoque citationem reddit ineficacem, quia nempè perso-

nalitèr facta non sit, vt ex iam insi-
nuatis pro iuris regula requiritur; ad
49 veram contrahendam contumaciã
quæ omninò veram, ac certam exi-
git scientiam; Ideóque illa citatio,
quæ domi habitationis, vel in ma-
nibus domesticorum, aut in loco
feudi, vel beneficij, siuè per ædicta
exequuta, quandoque ex iuris dis-
positione, vel ex Tribunalis stylo
efficax reputari solet, vt præsertim
in Curia Auditoris Cameræ, alio-
rumque Magistratuum Tribunalia,
ad istum contumacialis; vel contra-
dictarum iudicij effectum non suffi-
cit, tunc etenim suam faciunt ope-
rationem, vbi in singulis repetitæ
sint actibus, quorum replicatio, ac
frequentia, in toto iudicij progres-
su, vel cursu, scientiæ probabilem
inducit præsumptionem.

Adhùc tamen, ad eumdem con-
tumacialis iudicij effectum, ficta, seù
non personalis citatio, quandoque
sufficiens reputari solet, ob legem,
quæ ita disponat, siuè ob citandi af-
fectatam latitationem, siuè ob cul-
posa, & procurata impedimenta,

quæ

quæ præstentur in sua latiùs explicata sede. C.

Cum generali Procuratore, nouum iudicium instituí posse, quamuis nulla principalis accedat citatio 50
Romanæ Curiæ stylus concediti, ideóque imprudens reputatur consilium, huiusmodi genericas facere procuratoris deputationes.

Vbi verò specialis in causa procuratoris deputatio facta fit, istius mors, vel absentia collitiganti non 51
præiudicat, neque necessitatem pro Curiæ stylo inducit nouam principalis repetendi citationem, sed per diligentias cum præmisso contradictarum processu ad vlteriora proceditur.

In illis item implementis, quæ in Curia ex conuentione præstanda sunt, nulla personæ absentis, quæ 52
implere debet, necessaria est citatio, sed ea sufficit, quæ per diligentias in eadem Curia sequatur, iuxta consuetum stylum.

Atque vbi ad locum, in quo citandus existat tutus non pateat accessus,

C. dicto disc. 9. & 10.

ceſſus, illum idem Curiæ ſtylus in-
53 duxit ſufficientem modum, vt prę-
uia non tuti acceſſus iuſtificatione,
quæ aliquando notorietatem habet
ea ſufficiat citatio, quæ per ædicta,
in locis confinantibus ſequatur.

Vniuerſalium, vel communitati-
uorum corporum citatio, vt Capi-
tula ſunt, vel Collegia, ſeù Mona-
ſteria, aut Communitates, & popu-
54 li, & ſimilia, certam habet formã,
à priuatorum citatione diuerſam,
vt ſcilicèt capitularitèr, ſeù colle-
giatiuè facienda ſit, illa verò ſingu-
lorum Collegialium, vel Capitula-
rium, aut Ciuium, vel Officialium
non ſufficiat; Idemque de populo,
aliove corpore vniuerſali; Vbi verò
corpus vniuerſale, ità congregatum
non de facili haberi valeat, illi mo-
nendi ſunt, ad quos conuocare per-
tinet, vt conuocent, ſin minùs iſtæ,
aliæque diligentiæ per edicta, vel re-
ſpectiuè bannimenta pro ſtylo, alia-
ve facti qualitate ſufficiunt.

Pluribus item intereſſe in cauſa
habentibus, an omnium citatio re-
quiratur, qualemve aliquorum re-

ſpectu

55 ſpectu eius omiſsio operetur effectum frequentèr forus diſputat; Ea verò, ex probabiliori ſenſu di inctio eſt, vt vbi ſeparatum, ac independens ius, vel intereſſe ſit, tunc citationis defectus, non citati præiudiciũ præſeruet, nulla exindè iudicij nullitate, quoad citatos reſultante; Vbi verò connexum ſit, ac inſeparabile, vt tunc altera cadat diſtinctio, an vtrumque, citati, & non citati intereſſe, præſentaneum, vel ſimultaneum ſit, vel potiùs ſucceſſiuum, vnius nempè de præſenti, alterius verò de futuro in ſpe potiús, quàm in re, vt in fideicommiſſi, vel feudi, aut beneficij, ſiuè officij, ſimiliſque iuris ab altero poſſeſſi, futurã neceſſariam ſperante ſucceſſionem verificari dicitur.

Iſto namque poſteriori caſu, poſſeſſorem, ſiuè habentem ius de præſenti tanquam legitimum defenſorem citare ſufficit, atque cum eo iudicium peragere, vt ſucceſſori quoque præiudicetur; vbi colluſionis, vel malæ fidei infectio non accedat; Niſi alter loci ſtylus ſuadeat; Siuè

niſi

niſi ille, qui ſucceſſiuum in ſpe intereſſe habeat, ad cauſam, vel ad iudicium admitti curauerit, atque audiri debere, Iudice admittente, petierit; Sperato etiã, ſeù mediato intereſſe pro huiuſmodi admiſſione ſufficiente.

In priori verò præſentanei intereſſe caſu, altera diſtinctio eſt, an coæquale ſit, ac immediatum, vel mediatum, ſiuè acceſſorium, & cõſequutiuum; vt hoc ſecundum intereſſe citationis neceſſitatem non inducat, niſi eadem admiſsionis ad cauſam ſollicitudo accedat; In altero autem, à iudicij, vel cauſæ, ſiuè rei, aut iuris in litem deducti, diuidua, vel indiuidua natura, deciſio pendeat; Vbi etenim indiuiduitas accedat, omnium citatio neceſſaria eſt, adeòvt vnius, vel aliquorum omiſſio quoad citatos etiam iudicium inficiat; Diuiduo autem exiſtente intereſſe, ſola non citatorum præiudicij præſeruatiua ſequatur.

Supremo Principi, vel eius Vicario, qui poſitiuæ legis cõdendæ, vel derogandæ poteſtatem habeat, an

cita-

56 citationis Partis necessitati derogare, vel dispensare, siuè eiusdem citationis defectũ sanare liceat, quæstio est, consuetam habens opinionum scissuram; Ea verò probabilior distinctio est, vt in ijs, quæ, ex eiusdem Principis, vel positiuæ legis benignitate, vel priuilegio manant, deroget, eo modo quo sub regaliũ sede, in altera potestate tollendi ius tertij habetur; Vbi verò commutatiuam iustitiam, ad illius naturalis, vel gentium iuris limites, cui animata, vel inanimata positiua lex non derogat, interesse causa percutiat, & hanc citationis substantiam non tollat, benè tamen formam, vel solemnitatem, ab ipso iure positiuo inductam, cum ipsa substantia, diuini, seú naturalis iuris fomẽtum habeat; Eius tamen probationis faciliorem, seù præsumptiuum præscribet modum.

Plures item Practici obseruant casus, non de facili sub compendio
57 explicabiles, ideòque in sua sede, atque apud eosdem Practicos videndos, in quibus citationis necessitas desi-

desideranda non sit ; Vbi nempè cũ confesso coram ipso Iudice, in iudicij tamen calore agatur ; Siuè vbi notorietas, vel certa euidentia id exigat ; Vel vbi ipsius citandi accedat consensus ; Aut certitudo incõpetentiæ defensionis; Vel vbi in extraiudiciali potiùs forma, per quandam defensionis speciem, ità vim vi repellendo, ad censuras, aliaque iurisdictionis, vel potestatis remedia seu præsidia confugere oporteat ; Aut vbi fugæ suspicio, aliave imminentia, ità exigat cum similibus, quibus eadem congruat ratio.

Feriatum tempus, an decretam, vel respectiuè excquutam citationem inficiat, quæstionem quoque
58 habet, cum consueta opinionum scissura ; Quamuis autem infectioni iuris regulæ assistant ; Locorum tamen, vel Tribunalium stylus verior est quæstionis Iudex, ac decisor.

Circumductæ, ideòque ineffacis effectæ citationis, ob Iudicis diuersum decretum, siuè ob iurium
59 admissam productionem, aut ob neglectam eiusdem exequutæ citationis

tionis reproductionem, quæstiones paritèr agunt practici frequentèr; Id autem, certam, ac genericam regulam sub compendio explicabilem non de facili recipit, cum à singulorum casuum circumstantijs, potissimè veró à Tribunalium stylis, frequentèr varijs, decisionem recipit, ideòque pro casuum oportunitate, in sua sede videndum.

D.

D. *dicto disc.* 9. & 10.

VI.

De aliis personis Actori, & Reo in iudicio assistentibus, Procuratoribus nempe, ac litium Actoribus, & Curatoribus.

IVdicis ad instar, cui aliæ, in hac iudicij scena, pro meliori, magisque decora sui officij explicatione, opem, vel assistentiam præstant; In alijs quoque duabus, Actoris, & Rei necessarijs, ac substantialibus personis, eadem aliarum personarum assistentia dignoscitur, pro meliori scilicèt defensione, vel directione; Istæ autem duplicem habent speciē; Vnam scilicèt illius assistentiæ, vel defensionis, quæ necessaria sit pro validitate iudicij, quod aliàs sine huiusmodi defensore corruat; Et altera voluntariæ, & commodioris, vel melioris assistentiæ, ac defensionis.

De prima specie, illi sunt defensores, animatorum, vel inanimatorum

rum litigantium, qui per ſe ipſos li-
61 tem agere, propriaque tueri iura
inhabiles, ſub aliena neceſſaria vi-
uunt adminiſtratione, vel defenſio-
ne; Iſtique animati ſunt, pupilli, mi-
nores, & amentes, ac ſimiles, qui ob
iudicij imbecillitatem, vel imperfe-
ctionem ſub legis præſidio, ac alie-
na viuant adminiſtratione; Huiuſ-
modi veró defenſores, Curatorum,
vel reſpectiuè Actorum ad lites ha-
bent vocabula, ideòque eorum de-
ficiens legitimus interuentus, vel
etiam ille ſolus materialis interuen-
tus, per quem legitimæ defenſionis
non impleatur finis, neque munus
impleatur, ſuumque officium non
peragatur, iudicij producit infectio-
nem, locorum, vel Tribunalium
ſtylis veriùs decidentibus diſputari
ſolitas quæſtiones ſuper eorum de-
putationis forma, vel cautionis pre-
ſtatione, aliarumque ſolemnitatum
implemento, ideòq; certam id non
recipit regulam.

Eiuſdemque iuris cenſentur ca-
ficta, & inanimata corpora, quæ ſub
aliena paritèr legali, ſeù neceſſaria

viuunt

viuunt administratione, vt Ciuitates, Ecclesiæ, Pia loca, & Collegia, siuè iacentes hæreditates, aut de Castrorum patrimonia, aliaue similia sunt corpora, quibus legitimi assistere debent administratores, quorum materialis, ac formalis defectus eamdem inducit iudicij infectionem. E.

Voluntarij verò adiutores, & assistentes, eorum qui per ipsos, vbi velint propria negotia administra-
62 re, atque in iudicio esse, suaque iura tueri valentes, pro meliori tamen vel commodiori defensione alienā adhibeat opem, ac assistentiam, Procuratorum, & Aduocatorum vocabula sortiuntur, illique præsertim, qui Procuratores, vel Causarum Patroni dicuntur (quibus magis, quàm Aduocatis iudicialem gerere personam congruit) duplicem paritèr habent speciem; Iudicialium scilicèt, qui collitigantium nomine, ac vice, acta iudicij peragunt; Et extraiudicialium, qui tanquam periti iura clientis promouent, ac tuē-

tur;

E. *diff. 6. hoc tit.*

tur; De ista verò posteriori specie in iudicio, seù processu pro eius validitate nulla habetur ratio, sed de
53 iudiciali tantùm Procuratore, vel Patrono, quamuis Iuris professor non sit, habenda ratio venit; Ita lege duplicem, mandati, vel mandatarij distinguente speciem, vt vnus ad negotia, alter verò ad lites, vel iudicia sit.

Illius autem iudicij, quod cum Procuratore gestum sit, validitas, quæstiones frequentèr habet, ex suf-
54 ficientis mandati defectu, qui vnã ex magis substantialibus producit nullitatem; Vel quia mandatum, de quo constet, illegitimum sit, ex defectu formæ, vel potestatis mandãtis, Vel quia non ampliùs vigeat vtpotè reuocatum; Siuè quod de expresso in actis non constet, sed tacitum, vel præsumptum adesse prætendatur; Isteque posterioris casus frequentiores producit quæstiones, quando scilicèt mandatũ præsumptum, quod sufficiat, adesse dicatur;
55 Quamuis etenim ex ea notabili impensa, illud practici deducant, quæ

vnum

vnum monetę scutum excedat, siuè ab exhibitione illorum iurium, quæ verisimiliter, nonnisi penès mandantem essent, cum similibus argumentis; Verius tamen est, vt certa desuper non cadat regula, vt potè in quæstione puri facti, quodque præmissæ, ac similes præsumptiones quandoque æquiuocæ, & fallaces esse praxis doceat, ideóque decisio à singulorum casuum qualitate, & circumstantijs pendet prudenti arbitrio pensandis.

Idemque super puncto reuocationis, vbi paritèr cadem sit volun-
66 tatis quæstio, an scilicèt per mandantis comparitionem in iudicio, vel per alterius Procuratoris deputationem facta censeatur, cum similibus.

Potestatis tamen reuocandi quæstio, expressa etiã accedente voluntate, cadere solet; Eaque duplicem habet speciem; Vnam nempè cum ipso mandatario irreuocabilitate mandati prætendente; Et alteram cum collitigante.

In prima verò, in hoc iudiciali

manda-

mandato, veriùs eſt irreuocabilita-
67 tem, quantumuis amplè conceſsã non ſubſiſtere, quamuis iuris iurandi religio accedat, cùm in ſummæ fiduciæ officio, iniquitatẽ redoleat litigantem cogere, vt inuitus diffidentem habeat defenſorẽ, ideóque bonis aduerſum eſt moribus in altera mandati ad negotia ſpecie aliqua cadente dubitandi ratione.

Collitigantis autem reſpectu, vbi aliqua Procurator fecerit acta, ex quibus practici eum cauſæ dominũ
68 effectum dicunt, neque explicita datur reuocatio, minúſque illa implicita, quàm lex, ex mãdantis morte inducit, ea etenim neglecta; contrà defunctum quoque, ſententiam proferri, aliaque præiudicialia acta fieri poſſe, cum Procuratore litis domino effecto receptum eſt; Eam tamen declarationem iſta recipiente propoſitione, vbi collitigans, vel eiuſdem defuncti hæres, alterum non ſubroget, vel ſe ipſum in loco iudicij exiſtẽtem, atque æquè commodè in ſingulis actis citandum, non indicet; Iſto poteſtatis defectu

in eo consistente, ne collitigans, æmulum in partibus absentem, denuò perquirere, atque citare cogatur; Ideòque vt præmissum est Romanæ Curiæ praxis mortuo, vel absente Procuratore contumacialis, vel contradictarum iudicij prosequutionem admittit, cum alijs in
69 propria sede videndis, cum à particulari casus qualitate, ac circumstantijs, potissimè verò ex locorum, ac Tribunalium legibus, vel stylis decisio regulanda sit, ideòque certa, ac generica desupèr non cadit regula sub compendio explicabilis.
F.

De

F. dicto disc. 6. hoc tit.

VII.

De probationibus, earumque varijs ſpeciebus, præſertim verò de illa per teſtes, & per ſcripturas, quæ remiſſoriæ, & compulſoriæ quæſtiones produ-cit.

PRobationis onere, Actori', ac reſpectiuè Reo ex præmiſſis incumbente, illarum plures lex ſtatuit
70 ſpecies; Vnam nempè per Partis confeſſionem; Alteram per rei euidentiam; Tertiam per iudicium peritorum; Quartam per iuramentū; Quintam per ſcripturas; Sextam per teſtes; Et ſeptimam per præſumptiones, & argumenta. G.

Quamuis autem prima ſpecies, eam habeat regulam, vt omnium
71 probationum, maior, ac mater, Partis confeſſio ſit, omnemque aliam ſuperet ſpeciem, infinitum tamen penè limitationum, ac decla-

G. *de his omnibus diſc. 22. cum ſequentib. hoc tit.*

rationum numerum, ea recipit cum plurium ſpecierũ diſtinctionibus; In primis etenim, qualis ea ſit, atq; ſiuè vnam, ſiuè alteram contineat ſpeciem, clara, dilucida, & vniuo-
72 ca deſideratur, vt iſtum confitenti præiudicialem producat effectum; Secùs veró vbi ambigua, vel æquiuoca, confitentis fauore in dubio interpretanda, vt quominùs fieri poteſt præiudicet, niſi aliæ adiunctæ ſpecies probationis, etiam vbi adminicula diuerſam ſuadeant interpretationem.

Poteſtatis item, in confitente requiſitum deſideratur; Vel quia lega-
73 lis, aut voluntarius adminiſtrator alienum gerat negotium, ideòque non confitentis, ſed tertij præiudicium confeſſio importet; Vel quia ob iudicij imperfectionem, vel imbecillitatem, abſque certa ſolemnitate alienationes, alioſque præiudiciales actus facere, communis, vel particularis lex prohibeat, vt propterea neque confiteri valeat, nè quod eſt directè prohibitum, indirectè ſequatur; Aut quia Tertij, vel

prohibitionis legis fraudem actus occultare valeat; Nisi pariter adminicula, vel argumenta, aliæque probationis species, quamuis imperfectæ pro facti, vel præiudicij qualitate hunc suppleant defectum.

Vtroque autem potestatis, atque vniuocæ qualitatis accedēte requisito, distinctio cadit, inter iudicialem confessionem, quæ in iudicij
74 calore emissa sit, & extraiudicialē; Vt in prima planum habeat locum pręmissa regula, nisi concludens detur probatio erroris, vel seductionis ac doli, in quibus tamen pręsumptio non cadit.

Extraiudicialis autem, aliam recipit distinctionem inter illam, quæ parte præsente sequatur; Et alteram quæ absente; Vt prima species ex vtriusque iuris præscripto sub eadē
75 cadat regula; Altera verò ex canonica æquitate, vbi cum ea procedatur, vt in Curia, rotoque Ecclesiastico foro contingit, eamdem habeat operationem; Secùs verò ciuili iure attento, quod imperfectam, vel semiplenam tantùm ei tri-

buit operationem.

Facti verò potiùs, quàm iuris desupèr quæstiones cadunt super illa extraiudicialis confessionis probatione, quæ per testes fiat, qualem, nempé testium idoneitatem, & contextualitatem exigat, & an illam admittat singularitatem, quæ adminiculatiua dicitur, eam non habens legis prohibitionem, quam habet obstatiua; Idque certam, ac genericam non recipit regulam, cum à facti qualitate, & circumstãtijs prudenti pensandis Iudicis arbitrio decisionem reverà expectet, locorum, vel Tribunalium receptis stylis, magnam desupèr inducentibus operationem.

Ad hanc autem iudicialis confessionis speciem obtinendam, Romanorum ciuiles leges interrogatorias introduxerunt actiones, vel formu-
76 las, vt vnus alterum collitigantem super ijs, quæ agendo, vel excipiendo deducat, coram Iudice interrogaret, vt ità interrogati confessione sequente, ab vlterius probationis onere obtineat releuationem; Id autem

tem paritèr certam, ac genericam in praxi non recipit regulam, ſed à locorum, vel Tribunalium pendet ſtylo; Iſte autem in Romana Curia, hanc aboleuit ſpeciem, niſi vbi aliquæ circumſtãtiæ Iudicis officio locum aperiant; Huiuſmodi verò interrogationum loco illud ſubrogatum eſt æquipollens, quod poſitionum dicitur, quas vnus cum iuramento in iudicio præbeat, itá quidquid in eis continetur, fatendo, atque ad eis reſpondendum cum iuramento collitigantem cogendo, iſtarumque poſitionum impertinẽtia, vel prolixitas, aut ambiguitas, quæ reformatione digna ſit, atque reſponſionum qualitas, & an præciſa, vel magis præciſa ſit, ſiuè qualem admittat conditionem, frequẽtiùs inutiles, parumque operatiuas producit quæſtiones, certam paritèr, ac genericam non admittentes regulam, ſed ex facti qualitate, & circumſtantijs potiſſimè verò ex locorum, ac Tribunalium ſtylis deciſionem expectant. H.

H. *de Probat. per confeſs. diſc. 23. hoc tit.*

Magna quoque, aliarumque maior, illa cẽſetur ſpecies probationis, quæ per rei euidentiam, vel aſpectũ
77 fiat, vtpotè inalterabilis notorij ſpẽciem habens; Magnas verò è conuersò facti quæſtiones, iſte probationis modus patitur, vbi præſertim ex geographicis mappis, rei euidentia deducatur, ideòque paritèr certam, ac genericam id non recipit regulam; Eamdem notabilem operationem inducentibus locorum, vel Tribunalium ſtylis ſuper eiuſdem Iudicis acceſſu, ad loci faciem, atque ſuper teſtium, vel peritorum examine, ac relatione ibidem facienda. I.

Peritorum iudicium, in iis, quæ ab eodem iudicio, ipſorumque pe-
78 ritia pendeat, ſufficiens, minùſque ſuſpecta probatio reputari ſolet, eaque duplicem habet ſpeciem; Vnã nempè, vbi periti, arbitrorum, vel aſſeſſorum Iudicis in ea materia perſonam agant; Et alteram, vbi teſtium; In iſta enim poſteriori ſpecie ea, quæ, vt infrà, in teſtibus procedunt,

I. *diſc.* 24.

dunt, in ipsis quoque recipienda sunt, qualitate peritiæ aliquam maiorem tribuente fidem, ideòque frequentes illæ quæstiones, quas peritorum deputationes, vel relationes producunt, alteram percutiunt speciem, atque paritèr certa, & generica compendio explicabilis non cadit regula, cùm à facti circumstãstijs, atque à Tribunalium stylis decisio pendeat, tàm super deputationis, quàm præstandæ relationis modo, an ea publica, vel occulta esse debeat, siuè an iuramentum exigat, vel Partium citationem; Atque vbi duobus hincindè electis discordantibus peritis, tertius ex officio eligatur, an istius concordantia, eorum vni accedere debeat, vt vna credit opinio, vel eidem deferendum sit, quamuis ab vtroque discordanti, vt altera tenet opinio, quam Curia sequitur, nisi error, vel ambiguitas, aliave iusta causa quarti, seù peritioris suadeat deputationem regularitèr prohibitam, nè in infinitum detur processus.

In ijs item, quæ propriam tantùm

concernant artem, vel peritiam defertur, huiusmodi peritorū iudicio, non verò in alijs, quæ in puncto iuris consistant, seu extrà propriam peritiam ad Iudicem pertineant, huiusmodi peritis commune habentibus vitium Iudicis partes frequentèr assumendi. K.

Iuramenti probatio duplicē quoque habet speciem; Vnam nempè decisiuam, quæ partiti dicitur, quia
79 nempè vna partiū alteri super controuersa re iuramentum deferat, eique deferre offerat, atque renuente ipsius iuramento deferendum sit; Certam tamen, ac genericam, neq; id recipit regulam, sed prudenti Iudicis arbitrio ex facti qualitate, & circumstantijs remissum est, cùm captionem, vel calumniam, id quandoque redoleat, locorum, vel stylis paritèr nimium in proposito attendendis.

Altera iuramenti species ea est, ad quam idem, cui probationis onus incumbat admitti petat; Eaque in aliam duplicem diuiditur speciem sub-

K. *disc. 33.*

ſubalternam; Vnam ſcilicèt illius, quod ſuppletiuum dicitur, in Supplementum iam factæ probationis, quæ aliquam patiatur imperfectionem præſtandum; Et alteram illius, quod in litem dicitur ob difficultatem probationis, ex dolo, vel culpa collitigantis inductam ex legis diſpoſitione admittendū; Vtrumque autem paritèr certam, ac genericam non habet regulam ſub compendio de facili explicabilem, cùm à facti qualitate, ac Tribunalium ſtylo totum pendeat, ideòque ad ſuam recurrendum eſt ſedem.

Altera habetur purgatiui iuramenti ſpecies, pro criminum purgatione, ex canonum præſertim ſtylo admittendum, quod tamen rarā, penèque nullam hodiè praxim habet. L.

Frequentior veró ea eſt probationis ſpecies, quæ per teſtes fiat; Vbi etenim maior hanc ſolemnitatem teſtium numerus per legem deſideratus non ſit, vt in teſtamentis præſertim, alijſque vltimis voluntati-

L. *diſc.* 25.

bus ſtatutum eſſe, quando poſitiuæ legis diſpoſitioni ſubiaceant, in teſtamentorum ſede aduertitur,& declaratur, ad ſolam non ſolemnem naturalem probationem, ex diuino quoque oraculo, duo, vel tres ſufficiunt teſtes; Ita alternatim in bino, vel trino numero eodem oraculo miſteriosè loquente,ad id denotandum, vt iſta etiam naturalis probatio, pro facti qualitate, ſubiectaque materia, quandoque maiorē,quandoque verò minorem exigat teſtiū numerum, vt propterea illum duorum,non omninò præciſum,ac neceſſarium eſſe dignoſcatur, vt in eadem teſtamētorum ſede quoque aduertitur; Ità ipſa lege poſitiua diuinam potiùs interpretāte, quam corrigente.

Quamuis etenim generalis ſtatuat regula, vt binus conteſtiū ſuf-
81 ficiat numerus, nulla aduersús eos obſtante exceptione; Pluribus tamē ea ſubiacet limitationibus; Quandoque etenim etiam vnicus,probatæ fidei exiſtimationem habens, nullumque proprium habens intereſſe,

resse, atque de proprio deponens facto, cum leuium etiam adminiculorum fomento ad concludentē probationem in omnibus sufficiens reputatur; Et è conuersò quandoque duo non sufficiunt, quia subiecta materia maiorem exigat certitudinem; Prout licèt contestualitas necessaria sit, singularitas verò testium adimat fidem; In illa tamen id procedit singularitate, quæ obstatiua dicitur iuxtà sacræ paginæ exemplum, duorum Senum Susannæ accusatorum; Secùs autem vbi ea sit, quæ adminiculatiua dicitur.

Testibus item patientibus aliquas in dicto, vel in persona exceptiones nullam esse præstandam fidem, re-
82 gula statuit; In dicto nempè quia varij, & contrarij, siuè congruam non reddentes scientiæ causam, de qua in ijs, quæ facti sint, soloque sensu corporeo percipiantur interrogati fuerint; Et quam non interrogati quoque in ijs, quæ iuris sint, vel non sensu corporis, sed intellectu percipiantur concludentem, vel congruam assignare debent; Et in

perso-

83 persona, quia nempè coniuncti, vel familiares, & domestici, siuè è conuersò inimici, vel emuli, aut directum, vel indirectum interesse habentes, vel criminosi, aut infames, & viles, aliumque similem patientes defectum.

Istas autem, vel similes exceptiones, numerus, vel alia argumenta, pro facti qualitate supplent, ideòq;

84 certam, ac genericā ista probationis species non recipit regulam, sed iudicis prudenti commissa est arbitrio, ex facti circumstantijs regulando; Iudici namque lex dicit, quod ipse scire potes quāta fides testibus adhibenda sit.

Cum eo tamen hæc procedunt præsuppositō, vt in forma iudicij testes examinati sint, de Iudicis nem-

85 pè decreto, in termino per eum statuto, cum iuramento, in cuius præstatione altera pars citata fuerit, cùmque istud posteriùs citationis requisitum, non pro solemnitate desideretur, sed pro eo fine, vt altera pars iuramento interesse, atque interrogatoria exhibere, suumque pro

Curiæ

Curiæ ſtylo interpretem conducere, qui examini aſſiſtat; Hinc iſtis accedentibus, ob dictæ citationis impletum finem, eius defectus non ſolet ſcrupulosè attendi; Curiarum, vel Tribunalium ſtylo attendendo ſuper citationis, vel examinis forma.

Duplicem verò iſtud examen, quod faciendum ſit habet ſpeciem; Vnam nempè in ipſa Curia, ſeú coram ipſius cauſæ ludice; Alteram verò extrà Curiam coram alio per eumdem ludicem in partibus, vbi teſtes exiſtant delegando, cum illa commiſſione, cui pro Curiæ ſtylo remiſſoriæ congruit vocabulum.

Hoc itaque poſteriori caſu; Cum remiſſoriæ conceſſio moras nectat, dilationemque pariat, vt ſcilicèt ea
86 pendente cauſæ impediatur curſus, idque vbi præſertim, de remotis vltrà montes agatur locis, nimiùm alteri parti ſoleat afferre præiudiciũ atque ſtudiosè pro litis protractatione affectari; Hinc in Rotæ potiſſimúm Tribunali nimiùm frequentes, ſuper huius remiſſoriæ conceſſione,

sione, vel denegatione habentur quæstiones, quæ cum dubio particulari ipsarum principalium causarum ad instar cum decisionum æditione disputari solent.

Duas verò diuersas habet causarũ
87 species nimiùm diuersas ista remissoriæ materia; Spiritualium scilicèt, & prophanarum; Isto posteriori vocabulo genericè omnibus congruẽte causis, quæ verè beneficiales non sint, quamuis ad alios effectus pro subiectæ materiæ qualitate verè spirituales, vel Ecclesiasticæ esse dignoscantur, matrimoniales putà, vel decimales, siuè iurispatronatus, ac similes, beneficialibus exceptis, in quibus de beneficij pertinentia, ac titulo inter prouisos principalitèr contentio sit ad istum remissoriæ, atque sequentem compulsoriæ effectum, sub spiritualium nomine singularitèr cadentibus.

In prophanis itaque certæ non cadunt regulæ quibũscumque con-
88 gruæ casibus, sed pro singulorum circumstãtijs arbitrium diuersimodè regulandum est; Aliquibus de-

super

ſuper ſtatutis genericis propoſitionibus, ad quarum normam, arbitriũ pro diuerſa tamen applicatione regulandum eſt, provt diuerſa exigat facti qualitas.

Ea itaque in primis in iure irrefragabilis eſt regula, frequentiores habens facti, vel applicationis quæſtiones, vt abſque articulatæ materiæ releuantia remiſſoria concedenda non ſit; Fruſtrà etenim, cum invtili mora, ea admittenda eſt probatio, quæ facta non releuet, ideòque remiſſoriæ huiuſmodi incidentis diſputationes principalis cauſæ merita frequentèr percutiunt; Iſtius autem releuantiæ, potentia, vel dubietas, ad conceſſionem ſufficit, ne incidentèr aliàs principalẽ cauſam, antequam eius aſſumatur diſputatio decidi contingat.

Calumniæ quoque vehemens ſuſpicio in prophanis remiſſoriæ denegationem cauſat, niſi articulatæ materiæ, aliquis accedat ſufficiens fumus, ſuſpicione non accedente non neceſſarius; Iſtaque ſuſpicio ex diuerſis deſumi ſolet argumentis,

quia

quia nempè diú in partibus causa peracta, ea neglecta sit probatio, quam tunc fieri debere eadem suadebat necessitas, vel vtilitas, quæ ex nouo non emanauerit incidenti, siuè quod in eadem Curia, diù causa agitata, in expeditionis limine remissoria, petatur; Vel super ijs, quæ per scripturas oportunè, ac sufficientèr iustificari valent, nisi testes ad melius tendant probationis fomentum.

Aduersùs propriam confessionē quoque siuè aliam probationem, cui de directo aduersetur, vt propterea vnum, vel alios testes de mēdacio notandos esse nouæ probationes inducant; Magis verò vbi idē qui remissoriam petat alios iam, vel in partibus, vel alterius remissoriæ vigore induxerit testes, quorum iam publicata, & didicita sint dicta præsumptione vrgente, vt eos priús induxerit testes, qui meliús informati essent, ideòque falsos, vel subornatos denuò inducere studeat.

Post rem iudicatam siuè in summario, & exequutiuo iudicio, aut in

possess-

possessorio illo præsertim, quod retinendæ dicitur, ac etiam in altero reintegrandę vitium petenti obstet, siuè illo cui censurarum, vel recursuum obstent crimina, regula est remissoriam quoque denegari debere.

Omnes tamen huiusmodi, similesque regulæ, non semper certam, ac vniformem habent praxim, ob eas quas facti circumstantiæ, inducant limitationes; Ideòque totum prudenti Iudicis commissum est arbitrio præsertim circa retardationis effectum, vt sine illa concedi aliquando soleat, vt in sua sede latiùs; Ea etenim, quæ facti potiùs, & arbitrij, quàm iuris sint, ex facti particulari qualitate, & circumstantijs decidenda, de facili certas sub cōpendio explicabiles non recipiunt regulas.

In altero verò spiritualium causarum genere, longè maior adhibe-
89 tur rigor, istum illa congrua exigente ratione, quod cum vitalitium ius huiusmodi causæ percutiant, lōgè maiora istæ dilationes, ac moræ pro-

producunt præiudicia, ideòque fortior vrget calumniæ, ac affectationis ſuſpicio, vt non ad probationem, ſed ad dilationem, ac moras, iſta fiat petitio.

Omnia itaque vt ſuprà in prophanis obſtantia, fortiùs in ſpiritualibus obſtare, non eſt ambigendum; Vlteriùs verò, ac additatiuè alia deſiderantur; Primò nempè veritatis articulatæ materiæ competens fumus; Secundò, vt vltima ſit inſtantia, vel eam talem, remiſſoriæ petitor, in ſui præiudicium faciat, vnicæ conſentiendo ſententiæ; Et tertiò, vt beneficij ſequeſtro conſenſum accomodet, nè interim poſſeſſionis potiatur commodo, quod calumniarum, ac dilationum ſtudium cauſare ſolet.

Vtrique verò parti, remiſſoriæ terminus eſt communis, eaque vni
90 parti conceſſa, non eſt alteri deneganda; Remiſſorialis verò Iudex delegantis potiùs, quàm proprium adhibere debet ſtylum, cum alijs in ſua ſede latiùs videndis, vtpotè non de facili ſub compendio cadẽtibus;

Præ-

Præsertim verò circa testium iam inductorum reprobationem, seù repulsam, aliaquc, vt præmissum est, certam non recipientia regulam, vt. potè in arbitraria materia, ex singulorum casuũ circumstantijs, ac Tribunalium stylis regulanda.

Vbi autem in ipsa Curia, coram causæ Iudice, testes inducantur, atque articuli exhibeantur, non adeò frequentèr cadunt quæstiones, cum cessante dilationum ratione, in remissoriæ casu dubitandi, vel suspicandi occasionẽ præbente, pro frequentiori praxi articulorum admissio, ac testium examen denegari nõ soleant; Iudicis tamen non refręnato arbitrio, ex irreleuantiæ, vel suspicatæ falsitatis, & seductionis motiuo, siuè ex altero irreleuantiæ id quoque denegandi.

Quamuis autem illæ testium depositiones, quæ pręmissa iudicij forma in omnibus nõ seruata fiant, vt præsertim sunt non iuratæ, ac extraiudiciales attestationes, quas fides vulgus appellat, nulla fide sint dignæ, nullamque faciant probatio-

nem:

nem; Adhuc tamen limitationem iſta patitur regula, vbi atteſtantis eximia qualitas, vel eiuſdem mors, quæ inramēti vim habere ſolet, aut alia veritatis accedant adminicula; Idemque paritèr certam non recipit regulam, ſed ex facti qualitate prudenti iudicis arbitrio eſt remiſſum. Maior verò, vel minor huiuſmodi informium atteſtationum fides, ab eo pendet, an probabilis cauſa, vel excuſatio adſit, vt ea informis adhibita ſit ſpecies, quia nempè atteſtātis qualitati ita cōgruat, putà magnatis; Vel quia litè adhuc nō introducta iudex non haberetur, corā quo forma ſeruari potuerit; Vel quia de ſenibus, aut valetudinarijs, & abſentibus agatur, cum ſimilibus præfato arbitrio penſandis. M.

Altera eſt probationis ſpecies, quæ per ſcripturas fiat; Ea verò duplicem habet ſcripturarum ſpeciem vnam nempè illarum, quæ publicæ dicuntur, & alteram earū, quæ priuatæ.

In hac poſteriori ſpecie non extra-

ctio-

M. *de his omnibus diſc.* 31. & 32.

ctionis, seù reductionis in authenticam, ac probantem formam, vt in priori, sed recognitionis inspectio cadit, an scilicèt ab eo reverà conscripta sit cuius esse præsupponatur.

Huius autem recognitionis modus certam non habet regulam, sed à locorum, vel Tribunalium stylis normam accipit; Quamuis etenim ciuilium legum attento rigore, ea recognoscendi forma desideretur, quæ per testes fiat, iuxtà præmissam formam deponentes scripturæ, vel subscriptioni præsentes fuisse, atque scribere vidisse, illæ verò species, quæ per testes de nota manu deponentes, siuè per aliarum scripturarum comparitionem fiant, fallaces, & æquiuocæ, ideòque inefficaces reputentur; Diuersa tamen Romanæ Curiæ est praxis, vt in ijs etiam scripturis, in quibus testes adhiberi solent, illa admittatur recognitio, quæ fiat per testes notam habentes manum; Ex facti qualitate, & circumstantijs decisione pendente, an plenam, ac sufficientem, vel potiùs

semi-

ſemiplenam, & imperfectam probationem, ab alijs perficiendam adminiculis, iſta recognitionis ſpecies inducat.

Ex eiſdem circumſtantijs quoq; altera pendet deciſio ſuper recognitionis per notam manum, modo, vel praxi, an ſcilicèt cum patenti, vel cum occulta ſcripturæ exhibitione, atque per partes vulgò feneſtrellas; Idemque ſuper altera recognitionis ſpeciel, quæ per comparationem cum ſcripturis certis fiat; Ideòque certa ſub compendio explicabilis non cadit regula, ſed pro Tribunalium ſtylo, & caſuum qualitate, res metienda eſt, vt in ſua ſede latiùs, magiſque diſtinctè, ad quã pro opportunitate recurrendum venit.

Ea verò, ex iuris etiam communis diſpoſitione, vel intentione magis generica, magiſque communitèr, penèque generaliter eſt recepta diſtinctio, ſeù limitatio, an de illa agatur ſcriptura, qua teſtes adhiberi, vel reſpectiuè non adhiberi ſoleant vt in prima ſpecie ſtrictius, ac rigoroſius,

rosius, in altera verò, facilius, magisque benignè procedendum sit.

Fictam quoque seú contumacialem recognitionis speciem Curiæ praxis habet; In eiusdem tamen cu-
94 riæ Tribunalibus adhuc diuersa, vt eo, qui recognoscere teneatur, monito, ac recusante, vel negligente in contumaciæ odium, pro recognita habeatur; Ideoque forus frequentes audit quæstiones super ijs personis, quæ recognoscendi obligationem habeant, vt propterea contumacialis hæc forma, vel recognitio cadat, vt præsertim in hærede, vel successore contingit; In Auditoris Cameræ aliorumque Magistratuum Tribunalibus magis, quã in Rota, quæ istam fictam, & contumacialem regulariter non admittit recognitionis speciem, huiusmodi cadentibus quæstionibus. N

In altera verò publicarum scripturarum specie, potius legitimæ extractionis, vel reductionis ad pro-
95 bantem formam, inspectio cadit

illis exceptis ſcripturis, quæ publicarum, & authenticarum faciem habeant, ob publici Notarij, vel alterius ad quam pertineat, officialis fidem; ſolaque intrat quæſtio, ſuper eiuſdem Notarij, vel officialis ſubſcriptione, vel ſigno, vt propterea eadem cadat inſpectio recognitionis, per teſtes de nota manu deponentes, vel per comparationem; Nimium in id ſuffragante tẽporis antiquitate, quæ comitem habeat obſeruantiam.

Vbi verò legitimæ extractionis, vel formæ probantis quæſtio ſit; Ea cadit diſtinctio, an ab ipſo Notario qui de inſtrumento ſit rogatus eiuſque ex Principis, vel ſuperioris auctoritate legitimo ſucceſſore, vel á iudiciali cancellario, vel Actuario, aut à publici Archiuij Cuſtode, alioue ſimili officiali, ad quem ex officio id legitimè pertineat, extractio facta ſit; Vel è conuerſo, à diuerſo Notario qui huiuſmodi non habeat facultatem, vt primo caſu, legitima dicatur extractio eaq; authenticam, ac probantem habeat

for-

formam, vbi pro regionis, vel Tribunalis legibus vel ſtylis ea facta ſit; In altero verò ſecus, vt nonniſi præuia cauſæ delegatione per delegatum Parte intereſſata audita origi-
96 nalis legitima recognitio & extractio fiat; Ideoque ſub compulſationis vocabulo, pro Curiæ explicatur ſtylo ipſaque delegatio compulſoriæ vocabulum habet.

Super iſtius autem compulſoriæ conceſſione eædem quæſtiones cadunt, quæ in remiſſoria inſinuatæ ſunt, vbi de illa agatur quæ ſit ſpecialis, vtpotè eumdem dilationis, & retardationis producens effectū, ideoque eamdem habens calumnię, vel affectationis ſuſpicionem, ac rationis identitatem, quæ generica ſtatuit regulam, vt ea omnia, quæ in remiſſoria ſtatuta ſunt, in ſpeciali quoque procedant compulſoria, cum eadem prophanarū, ac ſpiritualium cauſarum diſtinctione; Secus verò vbi de illa agatur compulſoria generali, quæ nullam inducat dilationem, vel retardationem cuius ſola exequutio intereſſa-

83 persona, quia nempè coniuncti, vel familiares, & domestici, siuè è conuersò inimici, vel emuli, aut directum, vel indirectum interesse habentes, vel criminosi, aut infames, & viles, aliumque similem patientes defectum.

Istas autem, vel similes exceptiones, numerus, vel alia argumenta, pro facti qualitate supplent, ideòq;

84 certam, ac genericã ista probationis species non recipit regulam, sed iudicis prudenti commissa est arbitrio, ex facti circumstantijs regulando; Iudici namque lex dicit, quod ipse scire potes quãta fides testibus adhibenda sit.

Cum eo tamen hæc procedunt præsupposito, vt in forma iudicij testes examinati sint, de Iudicis nem-

85 pè decreto, in termino per eum statuto, cum iuramento, in cuius præstatione altera pars citata fuerit, cùmque istud posteriùs citationis requisitum, non pro solemnitate desideretur, sed pro eo fine, vt altera pars iuramento interesse, atque interrogatoria exhibere, suumque pro

Curiæ

Curiæ ſtylo interpretem conducere, qui examini aſſiſtat; Hinc iſtis accedentibus, ob dictæ citationis impletum finem, eius defectus non ſolet ſcrupulosè attendi; Curiarum, vel Tribunalium ſtylo attendendo ſuper citationis, vel examinis forma.

Duplicem verò iſtud examen, quod faciendum ſit habet ſpeciem; Vnam nempè in ipſa Curia, ſeù coram ipſius cauſæ ludice; Alteram verò extrà Curiam coram alio per eumdem ludicem in partibus, vbi teſtes exiſtant delegando, cum illa commiſſione, cui pro Curiæ ſtylo remiſſoriæ congruit vocabulum.

Hoc itaque poſteriori caſu; Cum remiſſoriæ conceſſio moras nectat, dilationemque pariat, vt ſcilicèt ea
86 pendente cauſæ impediatur curſus, idque vbi præſertim, de remotis vltrà montes agatur locis, nimiùm alteri parti ſoleat afferre præiudiciũ atque ſtudiosè pro litis protractatione affectari; Hinc in Rotæ potiſſimúm Tribunali nimiùm frequentes, ſuper huius remiſſoriæ conceſ-

ſione,

sione, vel denegatione habentur quæstiones, quæ cum dubio particulari ipsarum principalium causarum ad instar cum decisionum æditione disputari solent.

Duas verò diuersas habet causarũ
87 species nimiùm diuersas ista remissoriæ materia; Spiritualium scilicèt, & prophanarum; Isto posteriori vocabulo genericè omnibus congruẽte causis, quæ verè beneficiales non sint, quamuis ad alios effectus pro subiectæ materiæ qualitate verè spirituales, vel Ecclesiasticæ esse dignoscantur, matrimoniales putà, vel decimales, siuè iurispatronatus, ac similes, beneficialibus exceptis, in quibus de beneficij pertinentia, ac titulo inter prouisos principalitèr contentio sit ad istum remissoriæ, atque sequentem compulsoriæ effectum, sub spiritualium nomine singularitèr cadentibus.

In prophanis itaque certæ non
88 cadunt regulæ quibuscumque contigerint casibus, sed pro singulorum circumstãtijs arbitrium diuersimodè regulandum est; Aliquibus de-

ſuper ſtatutis genericis propoſitionibus, ad quarum normam, arbitrij pro diuerſa tamen applicatione regulandum eſt, provt diuerſa exigat facti qualitas.

Ea itaque in primis in iure irrefragabilis eſt regula, frequentiores habens facti, vel applicationis quæſtiones, vt abſque articulatæ materiæ releuantia remiſſoria concedenda non ſit; Fruſtrà etenim, cum invtili mora, ea admittenda eſt probatio, quæ facta non releuet, ideòque remiſſoriæ huiuſmodi incidentis diſputationes principalis cauſæ merita frequentèr percutiunt; Iſtius autem releuantiæ, potentia, vel dubietas, ad conceſſionem ſufficit, ne incidentèr aliàs principalẽ cauſam, antequam eius aſſumatur diſputatio decidi contingat.

Calumniæ quoque vehemens ſuſpicio in prophanis remiſſoriæ denegationem cauſat, niſi articulatæ materiæ, aliquis accedat ſufficiens fumus, ſuſpicione non accedente non neceſſarius; Iſtaque ſuſpicio ex diuerſis deſumi ſolet argumentis,

quia

quia nempè diú in partibus cauſa peracta, ea neglecta ſit probatio, quam tunc fieri debere eadem ſuadebat neceſſitas, vel vtilitas, quæ ex nouo non emanauerit incidenti, ſiuè quod in eadem Curia, diù cauſa agitata, in expeditionis limine remiſſoria, petatur; Vel ſuper ijs, quæ per ſcripturas oportunè, ac ſufficienter iuſtificari valent, niſi teſtes ad melius tendant probationis fomentum.

Aduersùs propriam confeſſionē quoque ſiuè aliam probationem, cui de directo aduerſetur, vt propterea vnum, vel alios teſtes de mēdacio notandos eſſe nouæ probationes inducant; Magis verò vbi idē qui remiſſoriam petat alios iam, vel in partibus, vel alterius remiſſoriæ vigore induxerit teſtes, quorum iam publicata, & didicita ſint dicta præſumptione vrgente, vt eos priús induxerit teſtes, qui meliús informati eſſent, ideòque falſos, vel ſubornatos denuò inducere ſtudeat.

Poſt rem iudicatam ſiuè in ſummario, & exequutiuo iudicio, aut in poſſeſ-

possessorio illo præsertim, quod retinendæ dicitur, ac etiam in altero reintegrandę vitium petenti obstet, siuè illo cui censurarum, vel recursuum obstent crimina, regula est remissoriam quoque denegari debere.

Omnes tamen huiusmodi, similesque regulæ, non semper certam, ac vniformem habent praxim, ob eas quas facti circumstantiæ, inducant limitationes; Ideòque totum prudenti Iudicis commissum est arbitrio præsertim circa retardationis effectum, vt sine illa concedi aliquando soleat, vt in sua sede latiùs; Ea etenim, quæ facti potiùs, & arbitrij, quàm iuris sint, ex facti particulari qualitate, & circumstantijs decidenda, de facili certas sub cõpendio explicabiles non recipiunt regulas.

In altero verò spiritualium causarum genere, longè maior adhibe-
89 tur rigor, istum illa congrua exigente ratione, quod cum vitalitium ius huiusmodi causæ percutiant, lõgè maiora istæ dilationes, ac moræ pro-

producunt præiudicia, ideòque fortior vrget calumniæ, ac affectationis ſuſpicio, vt non ad probationem, ſed ad dilationem, ac moras, iſta fiat petitio.

Omnia itaque vt ſuprà in prophanis obſtantia, fortiùs in ſpiritualibus obſtare, non eſt ambigendum; Vlteriùs verò, ac additatiuè alia deſiderantur; Primò nempè veritatis articulatæ materiæ competens fumus; Secundò, vt vltima ſit inſtantia, vel eam talem, remiſſoriæ petitor, in ſui præiudicium faciat, vnicæ conſentiendo ſententiæ; Et tertiò, vt beneficij ſequeſtro conſenſum accomodet, nè interim poſſeſſionis potiatur commodo, quod calumniarum, ac dilationum ſtudium cauſare ſolet.

Vtrique verò parti, remiſſoriæ terminus eſt communis, eaque vni
90 parti conceſſa, non eſt alteri deneganda; Remiſſorialis verò Iudex delegantis potiùs, quàm proprium adhibere debet ſtylum, cum alijs in ſua ſede latiùs videndis, vtpotè non de facili ſub compendio cadẽtibus;

Præ-

Præsertim verò circa testium iam inductorum reprobationem, seù repulsam, aliaque, vt præmissum est, certam non recipientia regulam, vt potè in arbitraria materia, ex singulorum casuũ circumstantijs, ac Tribunalium stylis regulanda.

Vbi autem in ipsa Curia, coram causæ Iudice, testes inducantur, at-
91 que articuli exhibeantur, non adeò frequentèr cadunt quæstiones, cum cessante dilationum ratione, in remissoriæ casu dubitandi, vel suspicandi occasionẽ præbente, pro frequentiori praxi articulorum admissio, ac testium examen denegari nõ soleant; Iudicis tamen non refrẹnato arbitrio, ex irreleuantiæ, vel suspicatæ falsitatis, & seductionis motiuo, siuè ex altero irreleuantiæ id quoque denegandi.

Quamuis autem illæ testium de-
92 positiones, quæ prẹmissa iudicij forma in omnibus nõ seruata fiant, vt præsertim sunt non juratæ, ac extrajudiciales attestationes, quas fides vulgus appellat, nulla fide sint dignæ, nullamque faciant probatio-

nem;

nem; Adhuc tamen limitationem isſta patitur regula, vbi atteſtantis eximia qualitas, vel eiuſdem mors, quæ inramēti vim habere ſolet, aut alia veritatis accedant adminicula; Idemque paritèr certam non recipit regulam, ſed ex facti qualitate prudenti iudicis arbitrio eſt remiſſum. Maior verò, vel minor huiuſmodi informium atteſtationum fides, ab eo pendet, an probabilis cauſa, vel excuſatio adſit, vt ea informis adhibita ſit ſpecies, quia nempè atteſtātis qualitati ita cōgruat, putà magnatis; Vel quia lite adhuc nō introducta iudex non haberetur, corā quo forma ſeruari potuerit; Vel quia de ſenibus, aut valetudinarijs, & abſentibus agatur, cum ſimilibus præfato arbitrio penſandis. M.

Altera eſt probationis ſpecies, quæ per ſcripturas fiat; Ea verò duplicem habet ſcripturarum ſpeciem vnam nempè illarum, quæ publicæ dicuntur, & alteram earū, quæ priuatæ.

In hac poſteriori ſpecie non extra-

ctio-

M. *de his omnibus diſc.* 31. & 32.

93 ctionis, seù reductionis in authenticam, ac probantem formam, vt in priori, sed recognitionis inspectio cadit, an scilicèt ab eo reverà conscripta sit cuius esse præsupponatur.

Huius autem recognitionis modus certam non habet regulam, sed à locorum, vel Tribunalium stylis normam accipit; Quamuis etenim ciuilium legum attento rigore, ea recognoscendi forma desideretur, quæ per testes fiat, iuxtà præmissam formam deponentes scripturæ, vel subscriptioni præsentes fuisse, atque scribere vidisse, illæ verò species, quæ per testes de nota manu deponentes, siuè per aliarum scripturarum comparitionem fiant, fallaces, & æquiuocæ, ideòque inefficaces reputentur; Diuersa tamen Romanæ Curiæ est praxis, vt in ijs etiam scripturis, in quibus testes adhiberi solent, illa admittatur recognitio, quæ fiat per testes notam habentes manum; Ex facti qualitate, & circumstantijs decisione pendente, an plenam, ac sufficientem, vel potiùs semi-

ſemiplenam, & imperfectam probationem, ab alijs perficiendam adminiculis, iſta recognitionis ſpecies inducat.

Ex eiſdem circumſtantijs quoq; altera pendet deciſio ſuper recognitionis per notam manum, modo, vel praxi, an ſcilicèt cum patenti, vel cum occulta ſcripturæ exhibitione, atque per partes vulgò feneſtrellas; Idemque ſuper altera recognitionis ſpecie, quæ per comparationem cum ſcripturis certis fiat; Ideòque certa ſub compendio explicabilis non cadit regula, ſed pro Tribunalium ſtylo, & caſuum qualitate, res metienda eſt, vt in ſua ſede latiùs, magiſque diſtinctè, ad quã pro opportunitate recurrendum venit.

Ea verò, ex iuris etiam communis diſpoſitione, vel intentione magis generica, magiſque communitèr, penèque generaliter eſt recepta diſtinctio, ſeù limitatio, an de illa agatur ſcriptura, qua teſtes adhiberi, vel reſpectiuè non adhiberi ſoleant vt in prima ſpecie ſtrictius, ac rigoroſius,

rosius, in altera verò, facilius, magisque benignè procedendum sit.

Fictam quoque seú contumacialem recognitionis speciem Curiæ praxis habet; In eiusdem tamen cu-
94 riæ Tribunalibus adhuc diuersa, vt eo, qui recognoscere teneatur, monito, ac recusante, vel negligente in contumaciæ odium, pro recognita habeatur; Ideoque forus frequentes audit quæstiones super ijs personis, quæ recognoscendi obligationem habeant, vt propterea contumacialis hæc forma, vel recognitio cadat, vt præsertim in hærede, vel successore contingit; In Auditoris Cameræ aliorumque Magistratuum Tribunalibus magis, quã in Rota, quæ istam fictam, & contumacialem regulariter non admittit recognitionis speciem, huiusmodi cadentibus quæstionibus. N

In altera verò publicarum scripturarum specie, potius legitimæ extractionis, vel reductionis ad pro-
95 bantem formam, inspectio cadit

illis exceptis scripturis, quæ publicarum, & authenticarum faciem habeant, ob publici Notarij, vel alterius ad quam pertineat, officialis fidem; solaque intrat quæstio, super eiusdem Notarij, vel officialis subscriptione, vel signo, vt propterea eadem cadat inspectio recognitionis, per testes de nota manu deponentes, vel per comparationem; Nimium in id suffragante tẽporis antiquitate, quæ comitem habeat obseruantiam.

Vbi verò legitimæ extractionis, vel formæ probantis quæstio sit; Ea cadit distinctio, an ab ipso Notario qui de instrumento sit rogatus eiusque ex Principis, vel superioris auctoritate legitimo successore, vel á iudiciali cancellario, vel Actuario, aut à publici Archiuij Custode, alioue similí officiali, ad quem ex officio id legitimè pertineat, extractio facta sit; Vel è conuerso, à diuerso Notario qui huiusmodi non habeat facultatem, vt primo casu, legitima dicatur extractio eaq; authenticam, ac probantem habeat

for-

formam, vbi pro regionis, vel Tribunalis legibus vel ſtylis ea facta ſit; In altero verò ſecus, vt nonniſi præuia cauſæ delegatione per delegatum Parte intereſſata audita origi-
96 nalis legitima recognitio & extractio fiat; Ideoque ſub compulſationis vocabulo, pro Curiæ explicatur ſtylo ipſaque delegatio compulſoriæ vocabulum habet.

Super iſtius autem compulſoriæ conceſſione eædem quæſtiones cadunt, quæ in remiſſoria inſinuatæ ſunt, vbi de illa agatur quæ ſit ſpecialis, vtpotè eumdem dilationis, & retardationis producens effectū, ideoque eamdem habens calumnię, vel affectationis ſuſpicionem, ac rationis identitatem, quæ generica ſtatuit regulam, vt ea omnia, quæ in remiſſoria ſtatuta ſunt, in ſpeciali quoque procedant compulſoria, cum eadem prophanarū, ac ſpiritualium cauſarum diſtinctione; Secus verò vbi de illa agatur compulſoria generali, quæ nullam inducat dilationem, vel retardationem cuius ſola exequutio intereſſa-

tæ Partis citationem ac iudicialem exigit formam, non autem conceſſio. O.

Super archiuij qualitate an origi-
97 nali ſcripturæ ex qua extractio fiat, fides præſtanda ſit quandoque publicam,& authenticam reddat,quęſtiones cadunt, certam, ac generi-cam non de facili admittentes regulam, ſub compendio explicabilem,vtpotè à varijs diſtinctionibus, factique circumſtantijs,deciſionem expectantes, ideoque ad ſuam recurrendum eſt ſedem. P.

Ea verò fides, quàm Notario rogato, vel alteri ex proprio officio
98 id agenti, præſtandam eſſe, ſtatutum eſt, in illis procedit ſcripturis, quæ in publici inſtrumenti, vel alias ſolemnis extractionis forma, ab eo confectæ ſint, non autem vbi per ſimplicem copiam vel ſidem; Niſi ſtylo aliter ſuadente, vt præſertim inter præſentes, atque in eadem ciuitate, ſeù loco contingit; Vel niſi aliæ accedant veritatis argumenta vel

O. *diſc.* 28.
P. *d. diſc.* 28.

vel adminicula ex quibus pro gene-
rali regula informia quoque iura
robur ac fidem accipiunt ; Eo præ-
cæteris ponderari solito adminicu-
lo, quod ab obseruantia manet, siuè
ab intereſſatæ partis acquieſcentia ,
vel non oppoſitione , cum ſimili-
bus pro facti qualitate ac circum-
ſtantijs, ex quibus illud regulandum
eſt arbitrium , cui adminiculorum
pondus commiſſum eſt .

Librorum probatio, ſub hoc ſcri-
pturarum genere cadit , eamdem-
que duplicem habet , publicam ,
ac priuatam ſpeciem , ideoque co-
dem recognitionis, ac reſpectiuè le-
gitimæ extractionis , intrant inſpe-
ctiones ſuper facti veritate ; Eaque
poſita , altera intrat iuris inſpectio
in priuatis præſertim libris cum di-
ſtinctione , an contra ſcribentem ,
vel pro eo, ſiue quoad tertium pro-
bent, vt priori caſu contra ſcriben-
tem probationem faciant niſi de ijs
agatur, priuatis, ac informibus me-
morialibus , quibus verè librorum
terminus non congruit ; Pro ſcri-
bente autem ſecus , niſi eorum in-

aliis bene probata fides rectaque forma, aliaque veritatis adminicula, vel argumenta accedant; Cum tertio autem, certa non habetur regula vel decisio ex facti qualitate, & circumstantijs metienda, ideoque ad suam latiorem, magisque distinctam recurrendum est sedem locorum vel Tribunalium stylis potissimùm deferendo. Q

Historiarum, & Chronicarum
101 libris publicis insculptis pictisque inscriptionibus ad sufficientē probationem fidem præstandam esse generica statuit regula, ex facti tamen qualitate, & circumstantijs recipiens praxim, an scilicet de antiquis, ac probatis, vel modernis parumque probatis agatur, vbi potissimum suppositionis, vel affectationis accedant argumenta, vel suspiciones. R.

Omnium verò specierum probationis, ea magis generali, ac certa
102 regula incapax dignoscitur, quæ præsumptiua, & coniecturalis, vel admi-

Q. *disc.30.*
R. *disc.33.*

adminiculatiua dicitur ex præsumptionibus, & adminiculis deduci solita; Quamuis etenim ea sit distinctio inter præsumptam probationē à iuris scilicet præsumptione manantem, & veram à præsumptionibus tamen, & argumentis deductā vt prior in ijs, quæ sint actionis, vel intentionis fundamentum non sufficiat, nisi de illa agatur præsumptione, quæ iuris, & de iure dicitur; Altera verò an sit sufficiens probatio, super adminiculorum tamen, aliarumque imperfectarum specierum pondere, & coniunctione, quęstiones cadunt, certæ, ac genericæ incapaces regulæ, cum facti potius, quàm iuris esse dignoscantur, ex facti qualitate, & circumstantijs, prudentis Iudicis arbitrio decidendæ, vel latius magisque distinctè in sua sede, ad quam recurrendum. S.

S. *d. disc. 33.*

VIII.

De alijs actis, & contingentijs vsque ad processus compilationem, ac sententiæ prolationem.

PRobationibus hincindè peractis, ex Romanæ curiæ commendabili
103 stylo, illæ non attenduntur formalitates, quæ ex ciuilium legum præscripto, vel sensu alicubi seruari solent super publicatione, ac respectiuè conclusione, cum Iudicis decreto, vt propterea publicatio alias, per testes, & conclusio alias per scripturas faciendi probationes aditum præcludat, atque facultatem tollat; Ideoque ad restitutionis in integrũ nè dum primum, sed etiam secundum conuolari solet beneficium, quod minoribus, aliisque priuilegiatis concedatur personis, magnęque desuper haberi soleant; Curia etenim omni tempore dummodo res integra sit veritati fores apertas tenet, eiusque admittit probationes, tunc illarum denegando facultatem,

tatem, quando post atteſtationes verè ac de facto, non autem ex ſola formalitate actorũ publicatas, quia nempè ipſæ depoſitiones patefactæ, ac diſcuſſę ſint ea cadat ſuſpicio prę-cedenti rubrica inſinuata ſubordi-nationis, ac inductionis eorum, qui falſum dicant, ſiue quod nouorum iurium productionem vt calumnio-sè id affectetur, vt citatio ad ſen-tentiam circumducatur ſiue aliàs ad cauſæ expeditionem protrahen-dam veritatis ſeù rei ſubſtantia ma-gis quam actorum formalitate at-tenta abſque perſonarum exceptio-ne.

Vbi verò calumnia clara non ſit, eius tamen aliqua ſuſpicio ſubſit,
104 media teneri ſolet via, vtriuſque Partis iurium præſeruatiua, admit-tendo ſcilicet cum ea cautela quæ dicitur poni ad partes, pro animi Iu-dicis inſtitutione, qua non ſequen-te pro infecta admiſſio cenſenda ſit, cauſæque non impediatur cur-ſus. T.

Pro commendabili etenim Cu-

riæ praxi, in Partium libito non eſt,
105 ſcripturas in actis exhibere, vel præſentare; De actis etenim non fiunt neque in proceſſu exiſtere dicuntur, niſi præuia Partis citatione ad dicendum contra iura producta, vel repetita, videndumque admitti; Iudicis ſequatur admiſſio; Iſta item
106 iuriũ productio quæſtiones parere ſolet vel ſuper efficaci modo, ſeù forma, an ſcilicet verbalis tantum, vel realis cenſenda ſit vel de actis & proceſſu iura dicantur quam ſuper producentis poteſtate ſeù voluntate ob præiudicia ex huiuſmodi productionibus reſultantia ſuper productorum iurium approbatione, vel ſuper tituli reiectione, alteriuſque melioris excluſione, cum ſimilibus in ſua ſede latius actis. V.

Super propriorum iurium æditione contra ſe ipſum, quæſtiones
107 parit, quædam Curiæ praxis ab aſperitate iuriſque exorbitantia nõ immunis, vt contra eiuſdem Iuris regulas, arma de domo rei, vel emuli ſumere liceat, quodque contra ſe ipſum

V. *d. diſc. 34*

ipsum propria iura ædere quis cogatur; Vt cogēdus est, quando ex instantia de tempore motæ litis ac interesse, sufficiens accedat probatio; Super primo existentiæ requisito quæstionibus frequenter cadentibus, an iurata assertio de non habendo excuset, cum distinctione, an officij debitum ad conseruationem obliget, nec ne, vt in sua sede latius. X.

Super declaratione item vsus, seù veritatis, ac fidelitatis productorum
108 iurium altera Parte petente atque de falsitate redarguere volente quęstiones cadunt à diuersa Tribunaliū praxi diuersam recipientes decisionem, ideoque certæ ac vniformis regulæ incapaces. Y.

In iudicijs quoque ordinarijs, quorum formam, vel ordinem præmissa, & sequentia percutiunt, sum-
109 marijs, & exequutiuis diuersam habentibus praxim, illarum formalitatum, quas Ius ciuile induxit, Curia reiecit circuitus; Alteram verò

X. *disc.* 28.
Y. *disc.* 34.

ipsa seruat cerimonialem formalitatem, quæ seruationis quatuor substãtialium terminorum dicitur; Ad libellandum scilicet, articulandum, publicandum, & concludendum, atque aliàs eorum neglecta seruatio sententiæ, ac iudicij nullitatem inducat; Ea tamen pontificia constitutio quæ Innocentiana dicitur pro Rotæ Tribunali ædita, ad alia verò Tribunalia extensa, illud opportunum huic meræ formalitatis malo adhibet remedium vt cum vnica citatione ad sententiam eorumdem terminorum nulliter, seu malè, & inculcatè tentorum, sanatio suppletiua, cum ficta retrotractione fieri valeat, dummodo de facto seruati sint, quamuis malè, quodque illud intercedat temporis spatium, intra quod vere seruari potuerint, vt ità fictio veritatem imitetur, vel suppleat, atque sanationis terminus, in iam existente, sed infirmo corpore cadat, non autem in eo quod nullatenus] extet. Z.

Specificam Partis citationem ad sen-

Z. *d. disc.* 34.

ſententiam proferri videndam, vel audiendam, neceſſe eſt vt propterea ea generica ſeù vaga non ſufficiat citatio, quæ ad prouiſionem audiendam ſeù fieri videndum concipiatur; Eaquæ certam continere debet iuridicam diē, ſeù terminum, in quo ſententia proferenda ſit, neque generica, ſeù vaga ſufficit; Minuſque illa quæ certam continet diem, aliorum ſequentium quoque contineat continuationem, niſi excuſet ſtylus, qui certam non recipit regulam, ſub compendio de facili explicabilem, ideoque pro locorum diuerſis moribus, cauſarumque oportunitate ad ſuam recurrendum eſt ſedem; Super eo præſertim Curiæ ſtylo, qui pro Tribunalium ac reſpectiuè temporum diuerſitate, diguoſcitur quoque diuerſus, habendi hunc terminum pro ſeruato, cum ficta ad illum retrotractione, quamuis diuerſa die verè ſententia manet, cum alijs vſque ad ſententiæ prolationem, in cauſæ, vel proceſſus curſu, ſeù progreſſu, contingere ſolitis, certam, ac genericam non reci-

recipientibus regulam, vel compendiosam explicationem, ideoque pariter in sua sede videndis, Iis in isto citationis requisito congruentibus, quæ in eiusdem citationis generica Rubrica superius insinuata sunt.

IX.

De sententia eiusque diuersis speciebus, ac effectibus illo præsertim, an per eam Iudicis officium peractum, eiusque iurisdictio consumpta sit vt eam reuocare non liceat; Et de re iudicata, vel iribus conformibus.

TRiplicem habet speciem istud sententiæ vocabulum, vnam 111 nempè quæ prouisionalis dicitur; Alteram quæ interloquutoria; Et alteram quæ diffinitiua; Pro Curiæ autem stylo, ac practicorum forensium loquendi vsu, duæ priores, sub decreti vocabulo explicantur, illud autem sententiæ vltimam complectitur speciem, quæ diffinitiua

tiua dicitur, diuersam ab alijs habens formam; Priores namque solo verbo à Iudice pro Tribunali sedente proferuntur Notario, cui creditur illas in eius schedula, vel
112 imbreuiatura, seù memoriali adnotante; Vltima verò cedulæ scripturam habet ab ipso Iudice subscriptam, atque à Notario publicatam, cum nominibus Christi nomine inuocato; Ideoque diffinitiua sententia, sub præmisso cedulæ vocabulo explicari solet, cum Christi nominis inuocationis adiecto.

Sola verò Iudicis subscriptio pro Curiæ stylo perfectam non inducit
113 prolationem, nisi Notarij in forma publici rogitus coram testibus Iudice etiam absente accedat publicatio, Tribunalium stylis, non autem antiquorum Iuristarum traditionibus desuper attendendis.

Notabilis verò huiusmodi specierum est diuersitas; Prouisionalis
114 etenim ad eiusdem Iudicis libitū est reuocabilis, suamque non consumit iurisdictionem, atque pro regula suspensiuam non recipit appellatio-

lationem; Idemque in interloquutoria contingit super suspensiuę appellationis reiectione, vel illam, negligendi facultate, donec superioris accedat inhibitio, quam super alia facultate reuocandi, seú repenendi re integra, priusquam exequuta, seù consumata sit; Neutrum verò in tertia diffinitiuæ sententiæ specie contingit, quoniam vtriusque deuolutiuæ, ac suspensiuæ subiacet appellationi; Nisi causæ qualitas, vel personæ priuilegium, regulæ suadeat limitationem.

Per diffinitiuam quoque eius officio functus dicitur Iudex, eiusque
115 consumpta iurisdictio, vt propterea reuocandi, vel moderandi, alia non tribuatur facultas vbi publicata sit, cum ante publicationem pro libito lacerari, vel negligi valeat; Nisi eam conseruet actus nullitas, quæ annihilationis habere dicitur speciem, vel effectum; Ideoque propriam quamuis diffinitiuam inualidam, licitum est reuocare sententiam.

Ordinario tamen Iudici, facultas ista

ista tribuitur, delegato verò denegatur; Qualis enim sententia sit, nullitatis etiam vitio laborans, delegatam irretractabiliter consumit iurisdictionem, vbi specialis delegatio sit; Ea etenim generalis quæ causarum concernat vniuersitatem, vel genus ordinariæ potius, quàm delegatæ iurisdictionis speciem habere dicitur.

Quamuis item ista posterior dif-
116 finitiuæ sententiæ species, quæ vtriusque subiaceat appellationi, per istam legitimè interpositam, siue per illam restitutionem in integrum, cuius commissio ante cæptam exequutionem concepta non sit, adeo suspendatur vt pro infecta, seú non emanata habenda veniat, eiusque nulla ratio habeatur, donec rei iudicatæ sortiatur qualitatem; Adhuc tamen aliquos proficuos producit effectus, illum præsertim præsumptionis boni iuris, pro alimentorum sumptuumque litis concessione, quando alterum accedat paupertatis requisitum; Atque in beneficialibus, vel in alijs quorum adin-

adinſtar eadem congruat ratio, ſequeſtro bonorũ, vel iurium quæ in lite ſint, atque per ſententiã collitigãti decernãtur, locũ prębere ſolet.

Sententia verò in iudicatam faciente tranſitum, ob appellationem in tempore non interpoſitam, ſiue ob eandem interpoſitam, ſed non proſequutam, nullitatis, vel
117 reſtitutionis in integrum non ſuffragantibus beneficijs, in ſequenti Rubrica peractis, ea liti, & cauſæ ſilentium imponit, atque ſtatum firmat, faciendo, (vt Iuriſtæ dicunt) ens de non ente, atque nigrum de albo, cum eo, contra quem obtenta ſit, vel qui à victo cauſam, ſeu dependentiam habet, vt propterea legitimus contradictor, vel cauſæ defenſor ille ſit cum quo obtenta fuerit ſententia.

Tertij verò reſpectu, àn res iudicata præiudicet, ſtatumque faciat,
118 frequens eſt fori quæſtio, eam recipiens diſtinctionem in citationis rubrica ſuperius inſinuatam, àn tertij inauditi ius, vel intereſſe ſit conſequutiuum, ac dependens ab

eo,

eo, qui rem iudicatam sit passus, vel potius principale, ac independens, vt primo casu quoad eum quoque statum faciat, vel firmet; In altero verò alia subintret distinctio, an interesse sit coequale, ac præsentaneũ, vel potius successiuum, vt isto posteriore casu eumdem operetur effectum, vbi defensionis negligentia fortius verò collusio, vel mala fides non accedat, in altero verò secus.

Vbi autem de personæ statu agatur, libertatis nempe, seù legitimitatis, vel nobilitatis, aut ciuilitatis, & simili, speciali quodam iure res iudicata, cum vno legitimo obtenta defensore, quoad tertios quoque ius facit vbi collusio vel mala fides non obstet, ideoque varias recipit declarationes in sua sede recensitas.

Rei iudicatæ æquipollẽt, eiusque vim habent tres conformes sententiæ, lege vlteriorem prohibente appellationem, nisi nullitatis, vel iniustitiæ vitium accedat; Idemque vbi duæ sint, quibus lex particularis

ris vim trium concedat; Pluribus ſuper conformitate cadẽtibus quæſtionibus, præſertim verò, an eam intermediæ contrariæ tollant ſententiæ, veriorque eſt negatiua oppoſitio, ſiue qualis concordantia eſſe debeat, receptumque eſt, vt non verborum formalitas, ſed rei ſeù facti ſubſtantia, & cauſæ identitas attendi debeant, ſummæ, vel quantitatis, aut quotæ, non obſtante diſcordantia, cum in minori quantitate, vel quota, conformes eſſe dicantur; Generica tamen, ac vniformis in præmiſſis, ac alijs non cadit regula, vbi præſertim de ijs agatur legibus, particularibus, quæ ſententiarum numerum abbreuiantes illam duabus vim tribuunt, quam leges communes tribus conceſſerunt, cùm locorum, ac Tribunalium diuerſi ſint ſtyli, quibus eſt deferendum.

In vrbe verò, eiuſque diſtrictu iſta viget lex ſtatutaria, quæ duabus vim trium præbet, cum vtraque prophana, & ſpirituali ſeù Principis, & Pontificis, in hac parte poteſtate,

ſtate, ædita, ideoque in omnibus vtriuſque fori Tribunalibus viget, omneſque eiuſdem vtriuſque fori ligat perſonas, quamuis fictas, & communitatiuas ciuicam tamen originis vel domicilij Vrbis vel diſtrictus omnium contendentium reſpectu habentes qualitatem forenſium mixtura huius legis operationem tollente.

Sententiæ iuſtificatio ex actis frequentes parit quæſtiones, ob limitationes quas generica iuris regula
121 patitur, vt ſententia ſine actis innulla ſit conſideratione habenda; Iſtam namque regulam longiſſimi temporis antiquitas ceſſare facit vbi obſeruantiam quoque vniuocam, non autem æquiuocam, ac pacificam habeat admixtam genericę extrinſecarum ſolemnitatum præsūptionis adinſtar vt in prohibitarum alienationū aduertitur ſede; Atque excipiendo quoque ſine actis ſententia attenditur niſi talis exceptio ſit vt eius admiſſio implicitam redoleat exequutionem.

An autē cum nouis eius admit-

tenda

tenda sit iustificatio, in sequenti aduertitur Rubrica occasione agendi, án ex nouis impugnari valeat; In exequutore, vel in illo qui pro sententiæ exequutione à proprio
122 Iudice demandata brachium impartiri debet vel opem præstare, quæstio est, an eadem actorum desideranda veniat iustificatio, siuè an ipse de exequendæ sententiæ iustitia cognoscat; Idq; certam ac genericam non recipit regulam, stylorum prohibente varietate; Ea verò generica desuper distinctio cadit inter facti nudum exequutorem, ac ministrum nullam habentem Iudicis vel Iudicij partem; Et è conuerso exequutorem, qui iuris quoque dicatur Iudicis vel magistratus partes in eo territorio, vel personarum genere exercendo, vt in prima exequutoris specie actorum iustificatio desiderari non soleat, In altera verò secùs; Locorum tamen stylis vt præmissũ est desuper principatũ obtinentibus cũ alijs in sua sede. A.

De

A. *de his omnibus super sententia & re iudicata disc.* 36. & 40. *hoc tit.*

X.

De tribus nullitatis, appellationis, & restitutionis in integrum remedijs aduersus iudicatum competentibus; Et de alijs modificatiuis remedijs, vel exceptionibus eiusdem iudicati impedientibus exequutionem.

NVllitatis remedium, rei iudicatę, vel trium conformium non
23 agnoscit subiectionem; Sententia nanque nulla, siue diffinitiua, siue interloquutoria sit, vel personalis, neque tali nomine digna est, multoque minus effectu, ideoque nunquam in iudicatū transit minusque plurium conformium cōstituit numerum, nullosque alios operatur effectus, ex generica regula, quæ paritatem constituit inter nullum & nihil, ideoque nullum est priuilegium sententijs attributum, vt ijs congruat, quæ nullitate laborant.

Legum tamen ciuilium præsertim superstitiosos rigores Romanæ

Curiæ

Curiæ praxis ex pontificijs legibus
124 Tribunalium reformatorijs commendabiliter temperauit, tres tantum ſubſtantiales attendendo nullitates ex iuriſdictionis, citationis, & mandati defectu reſultantes alijs neglectis niſi loci, in quo cauſa peracta ſit, ſcripta, vel non ſcripta qualitas aliter ſuadeat, vel adeo notabilis defectus eſſet vt præmiſſis tribus ſubſtantialibus æquipolleat ſiue eorum aliquem implicet.

Temporis quæſtiones ſuper facultate de hoc opponendi defectu
125 cadunt, ex iuris communis regulis agendo ad longiſſimi triginta annorum ſpatium, eam reſtringendo, excipiendo tamen perpetua ſit; Aliquæ verò particulares leges, vt præſertim in Vrbe ſtatutaria habetur perpetuitatem exceptioni præſeruando, actioni breuem vnius anni terminum concedunt: rara verò huius reſtrictionis eſt praxis, ob eam quam patitur limitationem; quæ ex ſpolij mixtura reſultat, ea nanque nullitas quæ ſpolium admixtũ habeat, eodem ſpolij potitur priui-

legio,

legio, vt iuxtà magis benignam ſententiam, quam Curia ſequitur non minori longiſſimi temporis decurſu tollatur, altera ſententia perpetuam, ac impręſcriptibilem iſtam ſpolij credente actionem.

Iſto autem nullitatis poſito vitio reuocandi modus quandoque producit quæſtiones ex commendabili
126 quidē Romanæ Curiæ ſtylo inanes abhorrente circuitus, ac reſecante formalitates, nullam ſcilicèt prioris inſtantiæ ſententiam, quæ tamen iuſta ſit in ſecunda inſtantia annullando quidem, ſed contemporaneè approbando tanquam in prima; An ſcilicèt allegante nullitatem inſtante, vt ad illius declarationem tantùm procedendum ſit, victorem cogendo ad noui ex integro iudicij inſtitutionem aſſumendam poſtquam priori inualido renunciatum fuerit cum eius expenſarum refectione, vt legum exigit rigor; Eaque diſtinctio eſt, an clara, valdèque conſiderabilis, vel turbida, ſeù leuis eſſet nullitas, vt poſteriori caſu præmiſſo ſtylo prębendo

do locum, negligatur rigor, qui veniat priori casu attendendus, quatenùs ab initio facta sit oppositio, secùs autem tardè, atque post discussam, magis verò si post instructam causam, ideòque circumspectè sensati Iudices in hoc se habēt, istos legales rigores, ac formalitates, inanesque circuitus, quo magis fieri potest effugiendo, quòd nimia commendatione dignū censendum est. B.

Istum verò nullitatis defectum, nedùm malus iudicij ordo inducit, sed etiam illa iustitiæ species, quæ
127 notoria dicitur, cùm ea nullitati æquiualeat, eosdemque operetur effectus, atque hanc speciem frequentiùs Romana Curia prosequitur, magis autem rarò alteram speciem nullitatis, quæ ratione ordinis principalitèr deducatur, atq; de ea inferiùs in Rubrica possessorij iudicij agitur, ac in altera exequutionis de istius retractatione agendo.

Alterum restitutionis in integrū reme-

B. *disc.38. hoc tit.*

remedium, paritèr rei iudicatæ, vel trium conformium, vel alterius ex-
128 traordinarij priuilegij, quod Iudici, vel iudicio competat, non agnoscit subiectionem, cũ ijs propriè congruat casibus, qui ordinarium appellationis excludant remedium istud extraordinarium restitutionis in integrũ paratum sit; Vbi etenim ordinaria suppetant remedia, extraordinarijs locus nõ est præbendus.

Duplicitèr autem, istud practicari solet beneficium; In priuilegia-
129 tis nempè à lege, vt minores, alijsque similes esse dignoscuntur. vel in ijs, qui legitimo fuerint detenti impedimento, aduersús non interpositam in tempore, vel non prosequutam appellationem; Et generalitèr in ijs, qui nullo prædiți sint priuilegio, nullamque habeant impedimenti excusationem, ob eam læsionem, quæ ab iniustitia resultat.

Primam speciem incidentèr potiùs quàm principalitèr Curia tractat, ad illum effectum, vt alterum

ordinarium appellationis remediũ nõ ceſſet, quia nempè victore rem iudicatam, ob non interpoſitam, vel non proſequutam appellationem prætendente, de hac in integrum reſtitutione excipiat, quæ ius appellandi, vel interpoſitam proſequẽdi appellationem conſeruet; Alteram verò, cui præbeat locum iniuſtitia frequentior, penèq; quotidiana eſt, ſub principali cadens diſputatione, vt re iudicata ſuppoſita, cum iſto conſulatur beneficio.

Eius itaque fundamentum iniuſtitia eſt, ſine qua, læſione ceſſante iſtam reſtitutionis ſpeciem denegari eſt receptum perſonarum priuilegio, vel qualitate, ſeù diſtinctione neglectis, vt ſicuti iniuſtitia accedente non priuilegiatis quoque competat, ità ea ceſſante priuilegiatis denegetur.

Notoriam tamen, ſeù manifeſtã eſſe debere non deſideratur, cum iſta præmiſſum alium magis proficuũ nullitatis operetur effectum, vt propterea extraordinariũ reintegrationis, vel manutentionis poſ-

ſeſſo-

sessorium competat remedium, vt in possessorij iudicij rubrica inferiús aduertitur, ideóque pro Romanæ Curiæ receptis sensibus, illa sufficit iniustitia, quæ ad notoriæ, vel manifestæ differentiam, simplex vel ordinaria dicitur, exindèque resultat, quod cęremoniæ speciem res iudicata redolere videatur.

Nimiũ etenim Curia fimbrias in hoc dilatasse videtur, cúm etiam ex nouis iuribus, ad huius remedij
130 effectum, iniustitiam deduci posse credat, ex eisdem eam desiderando iustificationem, quæ in altera manifestæ, vel notoriæ iniustitiæ specie desideratur, vt noua non admittat iura, nisi ea, quæ ad antiquorum tẽdant corroborationem, maioremque firmitatem, vel declarationem.

De ista veró iustificatione, vel respectiuè impugnatione, ex eisdem
131 requisitis, vel ex nouis admittenda, cum ordinarij, & executiui iudicij distinctione; Ac etiam an ex integro, vel potiùs antiqua iura confouendo noua deducantur, siuè

an re integra ante factam exequutionem, vel posteà in sua sede latiùs videndum est, cùm multas habeat distinctiones certam non de facili sub compendio explicabilem admittentes regulam.

Eumdem retardationis, vel suspensionis effectum, quem appellatio operatur, an ista restitutio in in-
132 tegrũ quoque inducat, sub quæstione cadit cum ea decidenda distinctione, an cæpta, vel non cæpta sit exequtio, vt primo casu non suspẽdat, posteriori verò secùs, ideóque eosdem appellationis operetur effectus; Applicationis, vel facti frequentèr cadente quæstione, quando exequutio cæpta esse dicatur, idque certam, ac vniformem non recipit regulam ob varios Tribunalium stylos, quibus est deferendum. C.

Tertium itaque ordinarium, magisque frequens assumendo appellationis remedium, illud triplicem
133 habet inspectionem; Primò nempè super facultatis appellãdi competen-

C. *dicto disc.* 38.

petentia, vel incompetentia ad vtrumque deuolutiuum, ac ſuſpenſiuum effectum, vel reſpectiuè ad vnum, & non alterum; Secundò ſuper modo, ac ſuper tempore illam interponendi; Et tertiò ſuper eius proſequutione, totoque alterius inſtantiæ proceſſu. D.

Prima inſpectio duas diſtinctiones recipit; Vnam nēpè ſuper om-
134 nimoda incompetentia, quia nempè ad neutrum effectū facultas appellandi præcluſa ſit, idque in cauſis breuibus, vel modici momenti pro diuerſo tamen locorum vel Tribunalium ſtylo contingit, ideòque certam non habet regulam; Ac etiam quia per animatam vel inanimatam legem, appellatio ſublata ſit, vt in ijs præſertim contingit cauſis, quæ appellatione remota per ſupremum Principem commiſſæ ſint, ac etiam vbi de tribus agatur cōformibus ex iuris regula prohibente tertiò appellare, quia vti ſuperiùs inſinuatum eſt ex

D. *de hoc remedio diſc.37.*

locali lege, duarum ſufficiat conformitas.

Altera verò frequentior, omniumque fortè maior eſt inſpectio, ſuper effectu potiùs, quàm ſubſtantia, an ſcilicèt ſuſpenſiuum, cui appellantes magis inſiſtere ſolent, operetur effectum, vel potiùs non impedita, vel præſeruata Iudicis facultate, ſuum exequendi iudicatum, deuolùtiuus tantùm concedatur effectus; Idque paritèr certam non habet regulam; Quamuis etenim, iſta facultas appellandi ad vtrumque aſſiſtat, ideòque appellato limitationem prætendenti, in dubio non præſumendam onus incumbat probandi; Pleriſque tamen apud vtramque ciuilem, & canonicam legem habentur caſus ſuſpenſiuum adimentes effectum, alijque maiores, ex particularibus, ſeù localibus legibus, vel ex Partiũ cõuentionibus reſultant, pro quorum ſingulis ad ſuam recurrendum eſt ſedem; Vbi præſertim de illa, inter vtramque ciuilem, & canonicam

cam legem discrepantia, quæ in possessorijs dignoscitur iudicijs inferiùs quoque insinuata de eisdem possessorijs iudicijs agendo.

Vtroque verò casu omnimodæ denegationis facultatis appellandi, vel alterius ad vnum, vel alterum
135 effectum, ea subintrat conditio validitatis, ac iustitiæ iudicati, ideóque, vel ex regula, vt friuola, & iniusta, non autem iusta appellatio sublata censeatur, vel ex cumulo aliorum superiús actorũ remediorum, nullitatis, ac restitutionis in integrũ, pro Curiæ stylo in vtriusque Gratiæ, & Iustitiæ Signaturæ Tribunalibus, quibus incumbit appellationis, aliorumque remediorum causas cõmittere; In executiuis autem, & priuilegiatis iudicijs, appellationem excludentibus, validitatis, & iustitiæ assumuntur inspectiones, pro singulorum casuũ qualitate, diuersimodè rescribendo; Quandoque scilicèt rescriptum vel commissionem omninò denegando, & quandoque illam ad solum deuolutiuum effectum conce-

dendo facultatē Iudici, à quo exequendi præseruando; Quandoque causæ natura non obstante simpliciter ad vtrumque effectum committendo; Et quandoque, vbi ea turbiditas adsit, quæ altiorem exigat indaginem Iudici ad quem referibendo, an suspensiuus effectus admittendus, vel reijciendus veniat iuxtà diuersas clausulas, vel formulas in sua sede videndas, vt potè non de facili sub compendio explicabiles.

In diffinitiuis autem, præmissa procedit regula, cuius limitationes
136 insinuatas habent quæstiones; In interloquutorijs autem, ac prouisionalibus regula est in oppositum ex iniustitia, vel grauamine recipiens limitationem.

Tempus ad appellationē interponendam per ius ciuile, á quo nō discordat canonicum, decem dierum præfinitionem habet, à die
137 scientiæ, qua certa, & expressa concurrente nulla cadit excusatio; Vbi verò ficta, vel præsumpta sit, vt in intimatione domi, vel per edictum

facta,

facta, seú aliàs, quàm de personæ, quamuis eiusdē termini lapsus attendatur, vt attentatorum vitium in ijs, quæ postea gesta sint excusetur, adhùc tamen appellandi facultas non tollitur, dummodó intrà eumdem terminum post scientiam.

Modus verò certam non habet regulam, vel formam, minùsque
138 scripturā exigit, sed verbis quoque fieri potest, locorum autem, vel Tribunalium styli materiam regulant, facultate tamen in appellante præsuppositā ex verò, vel præsumpto mādato, vbi per alieni negotij gestorem interponatur.

Adhæsionis quoque appellati inspectio cadere solet, vt per eam
139 appellantis excludatur pœnitentia, siuè quod in vlteriori instantia neglectam, vel moderatam condemnationem appellatus petere valeat, vt ea maior sequatur, eidēque adhæsioni ad primum præsertim effectum, idem pro regula statutus est terminus; Adhùc tamen Tribunalium stylis materiam re-

gulantibus deferendum est.

Pro Curiæ item stylo, solus non sufficit appellationis actus, qui in-
140 trà præmissum tempus sequutus esset, nisi infrà æqualem aliorum decem dierum terminũ causæ obtineatur commissio, vel saltim debitæ adhibeantur diligentiæ, vt in sua sede latiùs, magisque distinctè, ibiq; de altera reditus pro responsione de apostolis, quæ appellanti infrà triginta dierum spatium incumbit.

Appellationis legitimè interpositæ prosequutio, in vtraque ciuili,
141 & canonica lege diuersam habet formam; Ciuilis etenim breuiorẽ quadraginta dierum statuit terminum; Canonica verò, vbi de Curialibus agatur causis, vnius anni, vbi verò extrà Curiam, biennij terminum statuit, per Iudicem, à quo non abbreuiandum; Benè tamen per Signaturã Iustitiæ abbreuiari solitum; Istaque tempora fatalium sortiuntur vocabulum, quorum lapsum, iusta excusant impedimenta, infirmitatis putà, vel

carce-

carcerationis, vel paupertatis, alteriusvè accidentis, vel infortunij, siuè humanum, vel diuinum bellum, aut in causis cõmissarijs Apostolicæ Sedis vacatio, cum similibus, quibus eadem congruat ratio, ideòque certa, & vniformis non de facili desupèr cadit regula, facti circumstantijs singulos regulantibus casus, ideòque Signaturæ stylus est, elapso etiam tempore appellantem monere, eique breuem terminum ad prosequutionem indulgere.

Actorum prioris instantiæ transportatio necessaria est, vt appella-
142 tionis Iudex ad causę decisionem legitimè procedere valeat; Ea inter Ecclesiasticas, & prophanas causas constituta differentia, vt in prima specie omnium actorum tam releuantiũ, quàm irreleuantium, eiusdem tamen causæ, non autem diuersæ integra requiratur transportatio pro forma à Tridentino Concilio præscripta, in altera verò releuantium tantùm sufficiat; Super integritate verò Notarij deferatur

atte-

atteſtationi, donec de contrario conſtet.

In ijs autem incidentibus hæc integra tranſportatio non exigitur, quæ ex aliquo ſolùm actu comprobentur, vt in attentatis præſertim dignoſcitur, ac ſimilibus, quibus eadem congruat ratio.

Quamuis item ob clauſulas in commiſſione cõtentas, vel ob euidentem prioris ſententiæ, vel decreti nullitatem frequentèr appellationis Iudex procedendi ex integro, & tanquam in prima facultatem habeat; Ad alios tamen id prodeſt effectus, non autem ad iſtum ab actorum tranſportatione excuſandi.

Fatalibus decurſis, nullaque iuſta excuſationis, vel reſtitutionis in integrum cauſa accedente, deſerta
143 fit appellatio perindè habenda, ac ſi ea interpoſita non eſſet, ideòque ſententia rei iudicatæ aſſumit ſpeciem. Quæſtione cadente, an deſertio Iudicis, ad quem declaratoria indigeat ſententia, magiſque recepta eſt affirmatiua, vbi eiuſdem

acce-

accedat inhibitio, cuius moderatio pro Curiæ stylo huiusmodi declaratoriæ vim habet, vt in sua sede latiùs. E.

Vltrà præmissa tria nullitatis restitutionis in integrum, & appellationis remedia, non desunt alia rei iudicatæ exequutionem, vel effectũ
144 impedientia sub modificatiuarũ exceptionum vocabulis explicari solita; quia nempè absque iudicati impugnatione, illius tamen impediatur exequutio, per compensationem putà cum alio credito de iure cõpensabili; vel per retentionem, quæ sua habeat extrema habilia; F. siuè per actionum confusionem, ob superuentum hæreditarium victoris titulum, aut ob cessationem causæ, vel occasionis debendi, quia debitum occasionale sit, cum similibus, quibus eadem congruat ratio.

Præsertim verò vbi iudicatum liquidum non sit, sed liquidatione indigeat, super qua res iudicata non prohi-

E. *dicto disc. 37. per tot.*
F. *disc. 41.*

prohibet nouas assumi quæstiones ipsam liquidationem, non autem iudicati substantiã percutientes. G.

Vel vbi victi priuilegium, eam impediat exequendi libertatem, quàm alias victor priuilegio cessante haberet, vt in ijs contingit, quibus reuerẽtia debita sit, vel vbi Clericalis, vel militaris Ordinis decor, seù priuilegium id concedat, vel publici Magistratus ratio suadeat, cum similibus in debiti, & crediti sede recensitis, ac etiam in sequenti exequutionis Rubrica.

Melioramentorũ item exceptio illius iudicati modificatiua est, quod rei à tertio possessæ vendicationem percutiat, adeóvt personale victi non importet debitum, ideòque melioramentorum refectio rectè petitur, solaque intrat quæstio, an exequutionem impediat, vel potiùs cum refectionis cautione tollatur, idq; variam habet Tribunalium praxim, diuersasque recipit distinctiones in sua sede videndas, vtpotè sub compendio.

G. *dist.* 33.

dio non de facili explicabiles.

Quamuis item appellationis Iudex, iuris attenta censura prioris in-
145 stantiæ sententiam confirmare, vel infirmare teneatur; De commẽdabili tamen Curiæ stylo re integrà & ante exequutionem eam reformare potest, excessum resecando; Quinimò vt præmissum est, eamdem sententiam, & si omninò nullam eam explicitè, vel implicitè infirmare, ipsoque met contextu ex integro, seù tanquam in prima, vbi iusta sit approbare, nisi nullitatis euidentię, & Partis protestatio causæ initio facta, vt superiùs dictum est, contrarium suadeat, vel iam facta exequutio.

Quemadmodum autem, reformare, seù minuere prioris instantię
146 sententiam potest, ità quoque augere, atque in plus condemnare, quam prior Iudex fecerit ob victoris suprà enunciatam adhæsionem.

Ea item appellatio, quæ ab interloquutoria incidentia concernente interponatur, vt prędmissum est do-

nec

147 nec ſuperioris accedat inhibitio ſpernitur, iſtaque inhibitio à Metropolitano præſertim, alioque Eccleſiaſtico Superiore concedenda non eſt, niſi irreparabile grauamen interloquutoria ſententia cõtineat vel diffinitiuæ vim habeat, ideòque aliàs conceſſa moderanda eſt; Grauamine verò accedente illum hæc appellatio operatur effectum, vt totam deuoluat cauſam, atque prioris inſtantiæ Iudicem grauantem, vlteriori eius priuet cognitione, dum ſemel illatum grauamen ſuper incidenti iuſtum in grauato timorem, iuſtamque ſuſpicionem futuri maioris grauaminis inducit.

H.

XI.

De iudicati exequutione, atque istius varijs speciebus personalis nempè, realis, & spiritualis, ac de realis consumatione per subhastationem, vel adiudicationem.

SOla res iudicata, adhùc exequutioni non demandata, nec dominium, nec possessionem à victo
148 aufert, minùsque vnum, vel alterum transfert in victorem, ideòque exequutionis actus desiderandus venit, in ea rei iudicatæ specie cadente quæstione, quæ Rei conuenti contineat absolutionem, an ista iuris ministerio absque illo hominis implicitam habeat exequutionem, idq; varias habet opiniones, variasque recipit distinctiones in sua sede videndas, cùm non de facili certa desupèr cadat regula sub compendio explicabilis. I.

Exequutionis itaque actu desiderato,

I. *disc.* 38. & 40.

ratio, atque accedere debente, ea triplicem habet ſpeciem, perſonalẽ nempè, realem, & ſpiritualem.

Perſonalis ea eſt, quæ in perſonæ carceratione, vel æquipollenti
149 moleſtia conſiſtit; Iſtamque fieri poſſe generica ſtatuit regula; Pluribus tamen ſubiecta limitationibus, in debiti, & crediti Sede in magna parte recenſitis, quia nempè magnatitia, vel militaris, aut clericalis qualitas prohibeat, ſiuè eamdem inducat prohibitionem reuerentiæ debitum, filij erga parẽtem, coniugis erga alterum, donatarij, vel beneficiati, erga donatorem, vel benefactorem cum ſimilibus, quibus eadem congruat ratio; Quæſtionibus cadentibus reſpectu fratris, vel ſoceri, aut generi reſpectiuè certã non habentibus regulam, cúm à locorum, & Tribunalium ſtylis deciſionem recipiat; Idemque in illa huius exequutionis exemptione, quam publicus Magiſtratus, vel grauis ætas, aut ſexus, vel nobilitas, ſiuè gradus doctoratus, aliæve ſimiles inducant qualitates; Ideóque

defe-

deferendum eſt ſtylis, ex quibus etiam clericalis, vel militaris, aut reuerentialis hæc prærogatiua ceſſat, ob aliquam probabilem eius inductiuam cauſam, quæ iuris cõmunis etiam diſpoſitione attenta, eamdem producat limitationem, putà paupertas, maiorque commiſeratio creditoris, vel debitoris dolus, aliave criminoſa cauſa, ex qua debitum proueniat, cum alijs in ſua ſede latiùs, magiſque diſtinctè. K.

Ignominioſa quoque bonorum ceſſio etiam in ijs, quibus præmiſſæ non congruant rationes, iſtam perſonalem impedit, vel tollit exequutionem; Id autem paritèr ex locorum, ac Tribunalium ſtylis normam recipit, ideòque certam, ac vniformem non habet regulam, vbique tamen nimiùm rara huius miſerabilis beneficij eſt praxis; Vel quia creditoris non interſit illud exerceri, ne melioris fortunæ ſibi auferatur beneficiũ, ideòque huic exequtioni cedat; Vel quia in magnis

K. *de Credito diſc.* 118. *& ſeqq.*

gnis præsertim Ciuitatibus, & Tribunalibus maiores Magistratus carcerum visitationem habere soliti prouisiones desuper capiunt iúxtà varios stylos, quibus est deferendum. L.

Eamdem praxim quoque raram altera afficit praxis, quæ istius exe-
151 quutionis progressum frequẽtèr impedit, quia nempè Curiæ præsertim praxi ità docente creditor pauperem debitorem in carceribus detentum, ideòq; victum sibi quærere impeditum alere cogatur. M.

Ea verò pœnalis luitio in persona, quæ pro ciuili debito, vel implemento per antiquas leges de-
152 mandabatur ex regula, vel axiomate, vt qui in ære non habet, luat in corpore, ab aula vbique recessisse videtur in eo practicanda casu, vt debitum aliudvè implementum ex crimine, seù criminosa causa manet, vt propterea ipsius criminis

L. *in Relat. Curiæ disc.* 29. *& in eius adnot.*

M. *de Credito disc.* 118. *& 253. in Supplemento.*

nis pœna sit, quæ ære redimi poterat, vt vnam, vel alteram criminosus sentiat pœnam.

Realis itë exequutio, plures habet species, quarum vna pignoris, vel detentionis rationem habet, vt ità debitor ad debitum implemen-
53 tum impellatur; Altera quæ magis indirecta sit sub grauatoriæ vocabulo explicari solita, quia nempè non in ipsa re, vel facto, quod ex iudicato præstari debet, excquutio fiat, quia fortè practicabilis non sit, sed in pecuniaria, vel æquipollenti præstatione singulis temporibus, vel diebus facienda donec impleat, atque iudicato pareat.

Altera quoque indirecta, seù obliqua realis exequutio est, quæ in vna re loco alterius fiat; Quia nempè ipso victo, directè, vel indirectè iudicati, directam exequutionem impediente in ea re, in qua iudicatum prodierit, in altera quæ sub exequentis potestate sit sine impedimento exequutiuo fiat per cuiusdam repręsaliæ speciem. N.

N. *disc.* 40. *hoc tit.* Verè

Verè autem, ac propriè realis directa exequutio ea est, quæ in ipsa sequatur re in lite, ac iudicato cadente, vt in merè realibus petitorij, vel possessorij iudicijs contingit, vt directè Iudicis auctoritate Victor controuersam rem ex iudicato sibi decretam assequatur.

Frequentior verò ea est realis exequutionis species, quæ reverà indirecta, seù mixta est, quia nempè pro personali debito, vel implemento, creditore, seù victore, istam potiùs realem, quàm personalem eligat coactionis, vel adstrictionis speciem, vt debitoris, seù victi bona in prætorium pignus Iudicis auctoritate cadere curet, eodemque debitore, seù victo adimplere negligente ad eiusdē prætorij pignoris procedatur venditionem, vt ex pretio debiti solutio sequatur, siuè vt solutionis loco, eiusdem rei ipsi fiat adiudicatio. O.

Super vtriusque verò exequutionis

O. *d. disc. 40. & in eius Adnot. vbi de varijs declarationibus in hac materia Subhastationis.*

nis realis,& personalis cumulo, vel simultaneo concursu quæstiones
154 cadere solent; Siuè super earum variatione,àn vnam earum ceptam deserere, atque ad aliam conuocare liceat; Vel super ordine in exequendis bonis tenendo, àn super mobilibus priùs, quàm immobilibus; Vel super immobilibus minus prætiosis conspicuis debito proportionatis; Aut super allodialibus priùs, quàm feudalibus; Atque in eodem feudalium genere, super ijs quæ titulo, vel dignitate decorata sint potiùs, quàm dignitatem annexam habentibus cum similibus.

In his verò, certa, & generica, vbique applicabilis regula statuenda non est; Quamuis etenim ciuilis iuris rigor creditori, optionem præbeat, prò eius arbitrio, vnam, vel alteram exequutionis speciem siuè realem in vna, vel altera re, vel in pluribus facere, vt quo magis debitor molestiarum cumulum recipit, eo magis ad debiti solutionem aliudè implementum impellatur; Ex nou scripta tamen æquitate Iudicis

intrat officium ſuper iſtius effrenati arbitrij refrenatione pro locorũ, ac Tribunalium ſtylis, quorum diuerſitas certam, ac vniformem ſtatui regulam prohibet.

Iſto veró officio moderatiuo nõ interpoſito, ſi effrenatum, quod iuris rigor concedit, exerceatur ar-
155 bitrium in re, cuius valor longè debitum excedat, non exindè tamen exequutionis, eiuſque conſumationis illa reſultat infectio, quam exceſſus etiam in minimis de iure in totum cauſat, cum quoties loci, vel Tribunalis ſtylus, vbi diuidua ſit, eam in ſumma debita non ſuſtineat; In eo tamen id procedit exceſſu, qui in ſententia, vel iudicio conſiſtat, ſiuè in eo Iudicis mandato, cuius vigore exequutio facta ſit; Creditore non prohibito, ex rei maioris valoris venditione ſuũ conſequi creditum, prætij exceſſu debitoris cedente commodo, ideoque pro locorum ſtylo ſub depoſito ponendo. P.

Tertij frequentiùs oppoſitio ſuper

P. *dicto diſc.* 40.

per faciendæ exequutionis impedimento, vel iam factæ, retractatione
156 quæstiones parit, quia nempè alteriús quam debitoris bona prætendantur, illam adhibendo cautelam, quam Romanæ Curiæ Practici, *Angeli*, vulgò appellant; Id autem duplicem habet inspectionem; Vnā nempè super faciendæ exequutionis impedimento; Et alteram super iam factæ retractatione; In prima verò specie, quam frequentiús debitorum vxores pro dotis cautela practicare solent, illa cadit distinctio, àn tertius oppositor dominij, vel potiús pignoris, & hypothecæ ius, vel titulum alleget, vt priori casu impediat, si eiusdem tituli talem exhibeat iustificationem, vel fumum, vt exaudiri mereatur, vbi possessor, vel detentor sit; Ideoque in praxi creditor, cui tale præstatur impedimentum tertium oppositorem, qui præmissam adhibeat *Angeli* cautelam moneri curet, vt intra præfinitum tempus eiusdem cautelæ exhibeat iustificationem, qua non accedente ad exequutionis, &

consumationis vlteriores procedatur actus.

Vbi verò iure pignoris, vel hypothecæ de retentione potiùs opponatur, exequutionem, eiusque progressum id non impedit anterioritatis, vel potioritatis neglecta allegatione, quinimò iustificatione ex iuris regula, vt anterior creditor posteriori exequutionem, eiusque consumationem non prohibeat, ità tamen pretij liberatione, & repartitione augeatur, in qua debitus anterioritatis, ac potioritatis ordo seruetur, illam pro Curiæ stylo illius tertij oppositoris fauore, qui rem detineat adhibendo praxim, vt interim à possessione, vel detentione non amoueatur, dum compatibile est rē iure pignoris ab vno detineri, alteri autem iure creditoris vendi.

Si verò de iam factæ retractatione agatur decisio à facti pendet iustificatione, àn oppositor non debitoris, sed propria ea bona esse probet, præsumptio verò in debito exequtioni assistit. Q. Le-

Q. *de hac cautela Angeli habetur cod. disc. 40. & in eius adnot.*

Legitima verò facta exequutione per quam prætorium pignus in exequutis bonis constitui, Iuristæ dicũt
157 ad consumationem, cum ea venditione, quæ ad publicam] hastam Iudicis exequentis auctoritate fiat, procedendum est, vt ex pretio obtineatur iudicati finis, vel effectus.

Istius verò venditionis, cui subhastationis vocabulum, tribuitur, vt à voluntaria, seù conuentionali distinguatur, forma, vel solemnitas, certam non habet formam, seù regulam, super termino reluitionis, qui debitori assignari debeat, siuè super trinæ oblationis necessitate, vel præconis, aut ædictorum publicitate, in quibus, alijsque similibus, Tribunalium stylo deferendum est; Idemque stylus alterã decidit quæstionem, super præuiæ æstimationis requisito.

Ea tamen iuris communis generica habetur regula, vt meliori oblatori deliberatio facienda sit, cum ità Iudex, legalis administratoris, debitoris, & creditoris facere potiùs dicatur partem, ideoque alienum

ius remittere, vel diminuere non valeat, minori oblatori bona decernendo.

Ac etiam, vt oblatum pretium promptè, ac numerato soluatur, vel deponatur, interdicta ea venditione, quæ fiat pecunia credita, nisi creditoris talis accedat assensus, qui illum inducat liberationis debitoris effectum, quem prompta, & numerata pecunia pareret; Magis verò, vbi debitoris quoque consensus accedat.

Eidem creditori, quo petenti subhastatio fiat magis apud modernos receptum est, antiquorum neglecta dubitatione licitum esse publicè, ac palam cuiuslibet tertij, vel extranei more licitatoris, vel oblatoris gerere personam, ac partes, nisi ludicis, vel Tribunalis prohibeat stylus totius materiæ in reliquis regulator.

Iusto autem non reperto oblatore, cui rem deliberandam Iudex non
158 credat eidem creditori volenti fit adiudicatio quam certius æstimatio præcedere debeat; Adhúc tamen certam, ac vniformem, vbique ap-

pli-

plicabilem, id non habet regulam, cum pariter à Iudicis, vel Tribunalis pendeat stylo in ea præsertim deductione, quæ ab æstimato pretio adiudicatarij fauore facienda sit; Prout stylus redimendi facultatem in debitore regulat, aliaque desuper cadentia in sua fede latiùs acta ibique pro oportunitate videnda. R.

Exequutionis, iuxtà præmissa consumatione sequuta, eiusque iu-
159 sta superueniente impugnatione, quia nempè pro indebito eam factam esse debitor, seù victus prætẽdat'; Ea cadit distinctio, àn ex ipsis subhastationis actis, quæ tertio deliberatario innotescere possent, de infectione nullitatis, vel claræ iniustitiæ ratione constet, qui potiùs exequutionem passus ex nouis indebitum, vel iniustitiam probet, vt priori casu retractationem debitor iustè obtineat in extraordinario etiã manutentionis, vel reintegrationis possessorio remedio; In altero verò secùs, ideoque tertio deliberatario tute subhastata, ac deliberata bona

R. *dicto disc. 40. & in eius adnot.*

obtinente ille, qui exequutionem passus est, aduersus creditorem suas diriget actiones pro accepti pretij restitutione; Nisi idem creditor alteram oblatoris, vel deliberatarij personam quoque gesserit, vt tunc quædam non scripta æquitas eamdem suadeat actus retrotractionem.

Quæstio autem cadit, àn vltrà acceptum pretium, ad refectionem eius, quod debitoris interfit subhastationem factam esse indebitus cre-
160 ditor teneatur, quod à bona, vel respectiuè mala fide decisionem expectat; Aliaque certam, ac genericam regulam sub compendio explicabilem non de facili recipientia in sua videnda sunt sede. S.

Tertia demum ea est exequutionis species, quæ spiritualis dicitur, atque in animæ laqueo, vel spiritualium iurium interdictione cum censurarum ecclesiasticarum gladio, seù remedio fieri solita est, vt
161 ità morosus, & contumax debitor ad id, quod debet soluendum, vel adimplendum, debitamque iudica-

to

S. *ibidem.*

to paritionem impellatur, iuxtà alibi insinuatas censurarum tres species, excommunicationis, suspensionis, & interdicti; Et quæ prò Curiæ stylo, sub declaratoriarum explicantur vocabulo.

Subsidiarium verò istud est remedium, quod in contumaciæ potiùs, ac proteruiæ pœnam, quam pro temporali implemento, adhibetur, vbi nempè aliorum realis, & personalis desint remedia, ex eiusdem debitoris directo, vel indirecto impedimento, ideoque sibi imputent, qui indebitum præstent, vel præstari curent impedimentum; Vbi etenim illud impotentiæ, vel aliàs iustum sit, ab hoc abstinetur exequutionis modo; Ac propterea plures monitiones, ac terminorum adhibentur præfinitiones apud Practicos inspiciendæ; Sub propria censurarum sede explicatis earum diuersa qualitate, & effectibus. T.

T. in Miscell. Ecclesiast. hoc tit. disc. 40.

XII.

De Attentatis, eorumque effectibus, & reuocatione.

QVamuis iſtud attentatorum crimen, in ipſo cauſæ indeciſæ initio, vel progreſſu, obiici quoque ſo-
162 leat, ideoque inter dilatorias exceptiones, iſta attentatorum computetur; Quia tamen frequentiorem huius materiæ praxim, experientia docet, in illa attentatorum ſpecie, quæ iam interpoſita appellatione pendente, vel infra terminum ad eam interponẽdam, ex iudicati exequutione, reſultent, ob eam opinionum, ac ſtylorum frequentem diuerſitatem, quæ in Tribunalibus, ac reſpectiuè locis vigere dignoſcitur, ſuper appellationis effectu ſuſpenſiuo; Hinc oportunè poſt exequutionem de omnibus agitur attentatorum ſpeciebus trinum ſtatũ habentibus ob litis ſcilicèt pendentiam, ob alteram pendentiam appellationis, & ob inhibitionem.

Su-

Super hac vltima ſpecie magis ra-
ræ quæſtiones, vtpotè in re magis
clara, minuſque limitationibus iu-
163 biecta regula, quod inhibitio ſiuè
iuſta, ſiuè iniuſta timenda eſt, eam-
que iniuſtitiæ, vel ineſficaciæ præ-
textu ſpernendi licentia non tribui-
tur, atque ita ſe iudicem in cauſa
propria conſtituère, niſi omninò
certus, ac notorius eſſet iuriſdictio-
nis defectus, vel niſi illa commiſſio,
à qua inhibentis iuriſdictio manat,
& cuius vigore ſequuta ſit mode-
ratiuas, vel præſeruatiuas exequu-
tionis contineat clauſulas.

Super prima verò ſpecie, qua-
muis certa quoque ſit iuris regula,
quod quidquid lite pendente geſtũ
164 ſit, attentatotum ſubiaceat vitio,
ſuper litis pendentia tamen tan-
quam primo, ac neceſſario extremo
verificationis quæſtiones cadunt;
Vel quia legitima litis introductio
negetur; Vel quia negetur duratio
ob extinctionem, vel ceſſationem,
quæ à peremptione inſtantiæ, vel à
deſertione à longiſſimo reſultante
ſilentio; Vel à collitigantis natura-

li, vel ciuili morte resultet; Siuè à renunciatione; Aut quod litis, & causæ negetur ea triplex personarum, rei, & actionis, quæ copulatiuè desideratur identitas, vt vna specie cessante resultet diuersitas, quæ istam tollit attentatorum speciem; Siué quod ille, cui crimen istud obijcitur collitigantem se neget, sed tertium, quem ista species non afficit, vbi per admissionem ad causam istam adhùc nõ effecerit propriam, minusque à collitigante ius metiatur, sed eius dicatur assistens, & comes.

In altera demum specie, quæ ex appellatione resultat, istius interpositio, vel interponendi legitima fa-
165 cultas, ob termini durationem, eamdem habet vim, ac operationem, vt quidquid gestum sit, huic attentatorum subiaceat vitio, facti verò, seù appplicationis frequentiores audit forus quæstiones; In illis etenim causis regula procedit, quæ suspensiuam de sui natura appellationem admittant; Secùs verò in ijs, quæ ex causæ, vel iudicij, aut

Iudi-

Iudicis qualitate, seú priuilegio illam excludant, ideóque in vnius, vel alterius naturæ, seù qualitatis verificatione cadunt quæstiones ab ea præsertim in possessorijs emanantes differentia, quæ inter canonicum, & ciuile ius viget, ex qua in Curia Ægidianæ Constitutionis operatio adeo frequētes habet quæstiones; Siuè vbi difficilis, ac inuoluta vigeat legitimi contradictoris quæstio, vel altera meri, seù mixti exequutoris; Vel quod exequutiuus, ac priuilegiatus processus ab ea manet lege, cuius prætendatur inefficacia, vt in ijs præsertim contingit legibus, vel stylis fori sæcularis, quæ cautis alterius ecclesiastici fori applicentur; Aut quod iudicati quamuis exequutiui, & priuilegiati nullitas, vel euidens iniustitia priuilegium cessare faciat, eidemque suspensiuæ operationi aperiat locum.

Hinc proindè manat, vt certam, ac generícam ista species nō admittat regulam, cum facti potiús, & applicationis quæstio sit, decisionē

frequentiùs recipiens in Curia ex Signaturæ gratiæ, vel iustitiæ iudicio, cui deferendum est, vbi per appellationis simpliciter admissionē, ac ad vtrumq; effectum, ità causa declaretur appellabilis vim retrotractiuam huiusmodi declaratione habente, vt propterea inficiat, atque attentatum reddat quidquid medio gestum sit tempore; Quæstione cadente diuersamque habere solita praxim, vel Tribunalium opinionum scissuram, vbi ea emanent rescripta media', ob quæ à futura Iudicis ad quem determinatione pendeat appellabilitas, vt in sua sede magis distinctè habetur.

Præmissis omnibus attentatorū speciebus, æqua illa genericè congruit limitatio, quæ ex continuati-
166 ui actus qualitate resultat, ex vulgari regula, vt qui continuat, attentare non dicatur; Plures tamen huiusmodi regula declarationes recipiente illā præsertim, vt propria, & priuata non autem alterius Iudicis auctoritate sequatur continuatio; Ità tamen, vt in forma iudicij

id

id sequatur; Secùs verò vbi ille, qui sit Iudex tanquam vir potens de facto solum opem, ac assistentiam illi prestet, qui propria, ac priuata auctoritate continuationis actus explicet pro facti qualitate, & circumstantijs id regulantibus.

Altera item datur declaratio, vt eodem quo prius modo fiat continuatio, non autem diuerso, vel alterato cum in alteratione vitium cadat; Ac altera, vbi ipsa continuatio, seù prior possessio, quæ continuari prętendatur in principali quęstione sit, vtroque collitigante eamdem prætendente continuationem, ideoque desuper specialis manet inhibitio, vel prouisio.

Attentatotum verò iuxtà vnam,
167 vel alteram speciem vitio posito, nullitas gestorum, ac spoliatiua qualitas intrat, ideoque attentatè gestum tanquam nullum, ac spoliatiuum est reuocandum cum extraordinario etiam possessorio reintegrationis, vel manutentionis remedio, atque exequutiuum, ac priuilegiatum illud reputatur, iudicatum,

tum, quod ſuper attentatorum reuocatione ſequatur, vbi tamen in ſummarij, & exequutiui iudicij forma cum interloquutorio decreto fiat, ſecùs verò ſi per diffinitiuam ſententiam in forma iudicij ordinarij.

Attentanti quoque iniuncta eſt pœna denegationis audientiæ, do-
168 nec integra ſequatur attentatorũ purgatio, quæ priuilegiata eſt, vt ante omnia ſequi debeat, ideoque oppoſita, cauſæ vel iudicij impediat curſum ſeù progreſſum.

Iſta verò purgatio, quæ voluntarie, pro audientiæ obtentione, ab
169 attentante offeratur, ſiue quæ iudicis auctoritate, cum eodem attentante quamuis inuito facienda ſit, non ſolum in omnimoda conſiſtit reductione in priſtinum eorum quę attentatè geſta ſint, totum id retractando, quod innouatum eſſet, ſed etiam in omnium fructuum, & expenſarum omniũque intereſſe refectione, quæ cum effectu ſequatur, ideoque ſola non ſufficit reficiendi oblatio, vel obligatio, niſi ea ſuf-

fra-

fragetur cautela, quæ in ſua ſede latius habetur.

Iuſtum autem rigorem quandoque temperat Principis indulgentia, ob quam aliquo, iuſto accedente motiuo, illo præſertim paupertatis, vel ceſſationis doli, ea reſeruetur in fine litis; Ac etiam aliquando prò eadem protractione iudicis intrat æquitatiuum arbitrium, quod ratio ſcandali, vel inanis circuitus, aut publicæ deformationis exigat, vbi bonum ius attentanti aſſiſtat.

Ea verò hanc materiam regulare ſolet diſtinctio àn doloſa necnè ſint attentata, vt primo caſu iſto denegetur æquitatiuum arbitriuũ, idque in ea attentatorum ſpecie verificari dicitur, quæ in expreſſæ inhibitionis ſpretum, nulla probabili accedente excuſatione, commiſſa ſint, ideoque facti dici ſolent; Idemque vbi in alijs ſpeciebus eadem cadat ratio, quia nempè, omni probabili credulitate, vel alia ceſſante iuſta excuſatione, eumdem dolum ſeù malitiam facti circumſtantiæ comprobent, vel arguant, ideoque facti

potius

potius quam iuris quæstio est certam ac genericam non apta recipere regulam.

In altero autem conuerso casu, vt dolo, atque malitia cessantibus, iustaque accedente credulitate, vel excusatione, ex iuris rigore, vel subtilitate attentata manent, quę proindè iuris dicuntur, facilius præmissum intrat æquitatiuum arbitrium, quod bonum ius, vel alia iusta causa exigat.

Eumdemque operatur effectum illa implicita huius priuilegij cessio, quæ ex negligentia vel patientia re-
171 sultet, quia nempè, qui ea passus est, vbi præsertim de ijs minoribus agatur, quæ lite pendente gesta sint, vlteriori causæ, ac progressui, in negotio principali, consensum vel patientiam præstiterit; Siuè quod sententiam cuius exequutio intra terminum iuris ad appellationem in-
172 terponendam attentatè facta sit, ob appellationem in tempore non interpositam, in iudicatum transitum fecerit, vt tunc attentatorum actio vel remedium cesset, nullitatis

tatis verò vitio exequutio laboret.

In exequutiuis quoque ac priuilegiatis iudicijs, ſuſpenſiuam excludentibus appellationem, nedum
173 inhibitio, donec reuocetur, exequutionem ſub attentatorum pœnis prohibet; Verum etiam ſuperſeſſoria, per eum ad quem pertinet, conceſſa, donec inſpiciatur, an ſuſpenſiua quoque appellatio admittenda ſit; Quinimò ipſi appellato intimatus recurſus ad vnam vel alteram Signaturam alioſue ad quos pertineat Magiſtratus eumdē operatur effectum vbi ipſi Victori, ſeù appellato id innoteſcat.

Quæſtione cadente in cauſis extra Curiam quæ ſint in partibus, vbi mora ſit plurium, an Procuratori
174 facta inhibitio vel ſuperſeſſoriæ, ſeú recurſus notificatio principalem abſentem in iſtud attentatorum crimen incurrere faciat; Idque pro regula à veriſimili vel inueriſimili notitia ſeù certioratione deciſionem recipit locorum vel Tribunaliū ſtylis nimiū deſuper attendendis.

Item

Item vbi attentata passus est, præiudicialis consensus, vel patientia obstet, non prohibetur Iudex
175 cuius maiestas læsa sit ex officio purgationem demandare, atque audientiam denegare, aliasque attentatorum pœnas infligere cum alijs latius magisque distinctè in sua videndis sede. V.

XIII.

De fructuum restitutione, ac expensarum, aliorumque damnorum, & interesse refectione per victum victori facienda.

ATtentatorum, vel spolij accedente crimine nulla percipiendorũ fructuum distinctio cadit minusque
176 altera iudicialium, & extraiudicialium expensarum, siue pro Curiæ loquendi vsu viuarum, & mortuarum; Omne siquidem damnũ, vel interesse quamuis amissi lucri sit, quod altera Pars passa fuerit, reficien-

V. *de his omnibus hoc tit. disc.* 18. & 45. *in supplemento.*

ficiendum venit, ſub damnorum, & intereſſe genere, quamuis ſub altero fructuum, vel expenſarum genere non cadat; Ideoque omnes præſertim expenſas, Aduocatorum, & Procuratorum aliorumque defenſorum, & ſollicitatorum, & Copiſtarum, quinimò illæ quas ipſe principalis non affectatè, ſed oportunè fecerit reficiendæ ſunt; Idemque vbi æquipollens accedat criminoſum impedimentum, cui eadem congruat ratio; Vt in eo præſertim frequentior Curiæ praxis docet, quod in Eccleſiaſticis, vel ſpiritualibus cauſis, ſæcularium Magiſtratuum, damnatus præbeat recurſus.

Crimine verò ceſſante, aliauè malæ fidei ratione, quæ fructuum vel damnorum, & intereſſe refectionē, aliàs quam litis vel iudicati cauſa producat, adeovt de iudicati fructibus & expenſis tantum agatur;

77 Quamuis fructuum reſpectu regula generica ſtatuat reſtitutionem ob malam fidem quam lis in poſſeſſore inducere dicitur; In tempore tamen,

tamen, non modica est quęstio, consuetam habens opinionum scissuram; Aliquibus eam magis benignam sequentibus opinionem, vt ex iudicati euentu mala fides possessoris regulanda sit ideoque sententiæ tempus attendi debeat quasi quod litium euentus incertitudo, atque victoriæ spes per litigantes habita, antiquam bonam fidem adhuc conseruet.

Altera verò in oppositum rigorosa opinio est, quam regulariter sequi Romana Curia profitetur vt à die motæ vel introductæ litis ista mala fides incipiat, ac regulanda sit.

Tertia verò media, magisque rationabilis opinio est vt facti potius, quam iuris ista dicatur quæstio, certam, ac genericam non recipiens regulam; Sed pro ijs decidendam facti circumstantijs, ex quibus mala fides oriri cõgruè iudicetur quia nempè talia exhibuerit iura taleſuè fecerit probationes, vel bene distinctas indicationes vt possessor iustè de suo non iure suspicari potuerit,

seque

seque non dominum, vel non legitimum possessorem agnoscere, ideoque prudentis Iudicis arbitrio remissum id sit, vt in sua sede latius.

Fructuū verò restitutionis obligatione posita, in perceptis tantúm vel in ijs qui pro perceptis de iure habendi sint, quia dolo vel cul-
178 pa lata percipere desierit obligatio cadit, non autem in ijs non perceptis, quod diligens, vel diligentissimus percepisset, cum cogi non debeat possessor emuli, & collitigantis diligentem vel diligentissimam gerere administrationem.

In ijs item fructibus ista cadit obligatio, quos ipsa res, quæ in litc fuerit, produxerit in co, in quo erat
179 antiquo statu, ad quem actori cōpeteret vendicatio aliaue actio, non autem in ijs fructibus quos possessoris melioramenta vel personalis industria, vel auctoritas produxerit, cum victori quod suum est obtinere sufficere debeat.

Quamuis etenim vbi iudicatum domi-

dominij iure victori rem decernat, inseparabilia melioramenta vtpotè solo cedentia, sub eodem cadant dominio, meliorator autem æstimationis, vel quantitatis efficiatur creditor, ideoque vna opinio cum rigorosa procedens iuris censura fructus deneget tanquam vsurarias prohibitas pecuniarij seù quantitatiui crediti accessiones; Probabilior tamen magisque recepta est altera opinio illi maiori innixa æquitati quę ex alieno locupletationem prohibet, ac propterea melioranti decernat.

Extrinsecum, vel accidentale interesse, ob non perceptos fructus, quos tamen à tertio habitos, victor
180 lite pendente amiserit, an per victum reficiendum sit, quæstio est, negatiuè pro regula decidenda, nisi dolus, vel talis culpa, seù mala fides, quæ dolo, vel spolio æquiualeat, regulæ suadeat limitationem, eumdemq; præmissum operetur effectum, quem spolium, vel attentata, aliaue criminosa impedimenta operantur.

Fauo-

Fauorabilis ſententia, vel inſtantiæ peremptio, aut litis deſertio, vel res iudicata, an bonam reſtituat fi-
181 dem, ſiuè eam tollat malam, quæ per litem inducta eſt, vt inſtantiæ reſtauratione ſuperuenta, ſiuè ex appellationis, vel reſtitutionis integrū beneficio, retractata fauorabili ſententia, vel re iudicata, retrotractiuum operetur effectum, pro intermedij temporis fructuum reſtitutione, quæ à litis initio regulanda ſit; Idque magis rigoroſa credit opinio, quam Romana præſertim Curia ſequi videtur; Aſpera tamen ea cenſenda eſt, diſcretè potiùs, vel diuerſimodè, pro facti circumſtantijs, iuſtam redolentibus excuſationem, vel bonam fidem reſtitutio regulanda ſit.

Eorumdem fructuum liquidatio, certam paritèr, ac genericam non
182 habet regulam, cùm ex eorum diuerſa pendeat qualitate; Quia tamen difficilis reputatur probationis; Idcircò eam leuiorem admittit atque à conſuetudine præſertim, normam accipit; Ea tamen res iu-

dicata, vel trium conformiũ prærogatiua, quæ in negotio principali exequutionem exigat, atque appellationis, vel reſtitutionis in integrum, quæ exequutionem impediat, præcludat viam, huiuſmodi fructuum, vel expenſarum liquidationi impedimentum non præſtet, quin ab ea appellationem interponere liceat, quam tamen vnã Curiæ ſtylus præbet.

In iudiciaiibus autem expenſis, iuris communis attentis regulis, ea cadit diſtinctio, an victus, iuſtam, 183 vel iniuſtam habuerit litigandi cauſam, vt propterea reus, vel reſpectiuè innocens cenſendus veniat illius temeritatis, cuius punitionem iſta expenſarũ refectio collitiganti facienda continet; Iuſta namque litigandi cauſa accedente, quæ temeritatem excuſet, iſta debet ceſſare pœna.

Rotæ verò, aliorumque Romanæ Curiæ Tribunalium, diuerſa eſt praxis, vt generice pro ſtylo victus victori ad expenſas reficiẽdas condemnetur, nimiúm rarò iſta neglecta

ta condemnatione, cuius tamen omissio victori appellandi ansam non præbet, implicitamque absolutionem continet.

Moderationem verò iste rigor in eius praxi nimiam habet, in premisso præsertim Rotæ Tribunali, alijsque Curiæ Tribunalibus, diuerso tamen inter ipsa vigente stylo, vt in iudicialibus tantùm, quæ viuę appellantur, eisque nimiùm moderatis taxatio fiat, sportularum præsertim refectionem Rota denegãte, alijs autem Tribunalibus concedentibus, diuerso quoque tento stylo in Aduocatorum, & Procuratorum, aliorumque defensorum mercedibus, vel honorarijs, vt in sua sede latiùs, magisque distinctè.

X.

X. *de huiusmodi refectione habetur dis. 39. hoc tit. & in eis adnot. vbi plura de Propinarum abusu.*

XIV.

De Iudicijs exequntiuis, & priuilegiatis, tam in prophanis, quàm in ſpiritualibus, vel beneficialibus.

ILla generica vtriuſque Iuris regula, quæ ſuperiùs in appellationis Rubrica inſinuata, appellatio-
184 ni, atq; iudiciario ordini in omni cauſa locum præbet, ciuilis legis diſpoſitione attenta, raras habet limitationes, magis autem raras alia ſpectata Canonica lege, quæ in poſſeſſorijs iudicijs, eam concedit appellationem, quam lex ciuilis denegat; Vndè propterea in illis cauſis, quæ Vrbem, vniuerſamque Eccleſiæ temporalem percutiunt ditionem, ob eam laicalem legem ciuilis Iuris innotatiuam,
185 quæ Ægidiana dicitur, adeò frequẽtes forus quæſtiones audit ſuper fori, vel perſonarum, ſeù bonorum Eccleſiaſtica qualitate admixta, quæ præfatam laicalem legem

gem excludendo, canonicam ſubintrare facit, vt ſuſpenſiua intret appellatio, atque ſummarius, & exequutiuus excludatur proceſſus. Y.

Donec itaque ſummarij, & exequutiui proceſſus prætenſor de limitatione doceat, ob quam iſtud competat priuilegium, cum præfata procedendum eſt regula, talis iudicij, vel proceſſus excluſiua.

Vtriuſque autem iuris communis attento ſenſu, in ijs hæc limitatio procedit cauſis, quæ celeritatē, 186 promptamque deſiderent prouiſionem, adeòvt appellationis, atque iudicialis telæ moræ irreparabile cauſent præiudiciū; Vt præſertim in ijs ſubſidiarijs dignoſcitur alimentis, quæ ex legis commiſeratione, ac iudicis officio de præſenti, vel de futuro debita ſint; Aliave ſimilia quibus eadem celeritatis, vel irreparabilitatis prę iudicij ratio congruat.

Ac etiam aliàs valida tranſactio, quæ vtpotè iudicatæ rei vim habens

Y. *diſc.* 37. & 44.

bens ex vtriusque iuris dispositione, vel ratione processum pro eius obseruantia exigit exequutiuum.

Deposito quoque magis recepta opinio idem tribuit priuilegium, ac etiam famulorum, vel operariorum diurno, vel temporaneo salario, quod alimentorum speciem habeat; Illi autem pensioni, quam conductor locatori prestare debet, ex magis paritèr recepta sententia denegat; illa etiam publicis denegat instrumentis, quamuis iuris iurandi religione sint munita; Alios verò magis raros casus in sua sede perquirere congruit, cùm non de facili sub compendiosa cadant explicatione.

Nouarum autem generalium, vel particularium legum disposition, siuè consuetudo, aut Partium con-
187 uentio, maiores in hoc producit limitationes; Atque de prophanis priùs agendo, vt postmodùm ad spiritualia, vel Ecclesiastica deueniatur; Cambiorum literis, domorum habitationis, pensionibus, bancorum, vel campsorum cedu-

cedulis, ijſque negotiatorum ſchedulis, quæ numeratæ pecuniæ vicem habent negotiatorum pro cõmodiori commercio induxit vſus, quædã generalis conſuetudo, iſtud exequutiui proceſſus induxit priuilegium, ac ordinem.

Conuentiones item, & pacta, vel aliquæ conuentionum clauſulę eã-
188 dem frequentiùs faciunt operationem, vt in Romana præſertim Curia, illa eſt obligationis forma, quæ Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Cameralis dicitur, atque alibi guarantigiæ eſt, vel alia ſimilis.

In ijs itaque caſibus in quibus ex communi, vel particulari ſcripta, vel non ſcripta lege, ſiuè ex illa
189 conuentionis iſtud cõpetat ſummarium, & exequutiuum iudiciũ, præmiſſus actorum ceſſat ordo, vtpotè in ordinarijs ſeruandus iudicijs, modus verò in eis tenendus, certam, ac vniformem non recipit regulam, cùm à diuerſo Tribunalium ſtylo, vel praxi pendeat, vt in ſua ſede, ad quam recurrendum

eſt, aduertitur ; Z. Ac etiam apud mechanicos practicos ſcriptores , qui formulas ponunt , ſeù regiſtrant .

In ſpiritualibus verò, ſiuè Eccleſiaſticis cauſis , illis præſertim, quæ ſuper morum correctione in viſi-
190 tatione agantur ; Tridentinum Concilium eamdem ſummariam , & exequutiuam præſcripſit formã; Ideòque ab eodem Concilio , & Apoſtolicis legibus,vel decretis ſtatutum eſt in ijs,quæ Eccleſiaſticam concernant immunitatem , vel celerem, ac promptam exigant prouiſionem . A.

In beneficialibus verò, ea eſt prouiſionum diſtinctio, vt in ijs, quæ per inferiores Prælatos , & Colla-
191 tores fiant, vbi de Parrochialibus agatur per concurſum ad formam à Tridentino Concilio præſcriptã , quamuis appellationem ab irrationabili iudicio præelectio pręcipiat, atque recepta praxis tribuat præelectum

Z. *diſc. 37. & 42. hoc tit.*
A. *dicto diſc. 37. & diſc. 5. in Adnot. ad Sac. Conc. Trid.*

lectum in Curia, vel coram Apostolico Delegato, ad nouum prouocandi examen, non tamen impedienda sit exequutio cum animarum cura diuturnam non patiatur vacationem, ideóque de ijs censenda sit, quæ celeritatem desiderant, atque summariũ, & exequutiuum habent processum. B.

In alijs verò beneficijs, quæ istã principalis Parochialitatis qualitatem non habeant, quamuis eamdem habeant accessoriam, vel consecutiuam, quæ prædictæ formæ conciliaris necessitatem non in-
192 ducat; Vbi de ijs agatur, quæ patronali non subiaceant seruituti, ideòque liberæ sint collationis, nimiùm rarò forus huiusmodi quæstiones audit, cùm ordinariorum, aliorumque inferiorum prouisiones, non ad supplicationem, sed motu proprio fiant, atque voluntarię potiús, quàm contentiosæ iurisdictionis actum, vel exercitium redoleant extraiudiciali potiús,

B. *tit. de Paroch. disc. 1. & seqq. & disc. 37. & disc. 43. hoc tit.*

quàm iudiciali forma nulla pro earum execuutione requisita iustificatione ; Quando tamen casus oppositorem præbeat, adhuc regula summario, & execuutiuo assistit processui, quando legitimi contradictoris existentia non suadeat limitationem in Apostolicis prouisionibus, vt infrà frequenter sub iudicialis disputationis trutina cadentem.

Vbi verò patronalis accedat seruitus, vt propterea non liberæ prouisionis, vel collationis, sed necessariæ institutionis vocabulum, 193 seù terminus cadat ; Quamuis Beneficialistæ institutionem extraiudicialem potiùs, quàm iudicialem appellent actum, cui suspensiua appellatio, ac ordinarius processus non congruat in illa tamẽ execuutionis specie id procedit, quæ aliã non habeat appellationem, nisi eã genericam ; quam officij ratione pro libertatis Ecclesiæ indemnitate Promotor fiscalis facere solet ; Vbi etenim alter adsit oppositor, qui eodem præsentationis iure ve-

niat,

niat, ideòque maioris numeri vocum quæstio intret, siuè quod inter contendentes de iurispatronatus pertinentia, siuè de iure præsentandi lite, in forma iudicij agatur, ordinarium, non autem exequutiuū, aut summarium processum id exigit. C.

In Apostolicis verò prouisionibus, generica Apostolicarum lite-
194 rarum promptæ, ac paratæ exequutioni assistit regula eam genericam admittens limitationem, quā legitimi contradictoris existentia inducat; Ideòque earumdem literarum exequutori, vt in sua beneficiali sede magis oportunè aduertitur duplex congruit species; Vna scilicèt eius, qui merus dicitur, cui cessāte legitimi contradictoris existentia; præfatus conceditur summarius, & exequutiuus, atque extraiudicialis potiùs, quàm iudicialis processus per extraiudiciales etiā informationes sinè actis, & processu iustificationes literarum habendo.

C. *tit. de Iurepatr. disc.* 51.

Altera verò ſpecies exequutoris ea eſt, quæ mixti dicitur, cui ob legitimi contradictoris exiſtentiam formalis Iudicis potiùs, quàm exequutoris nomen, vel partes congruunt, ideòque ſummario, & exequutiuo ceſſante proceſſu, ordinarius, verèque iudicialis intret.

Tertia item, ſeù mixta datur ſpecies, quia nempè, in forma iudicij, exiſtat oppoſitor, qui tamen legitimi contradictoris perſonam verè non gerat, ideòque exequutorem verè mixtum non reddat, atque Apoſtolicarum literarum priuilegium ſuper ſummario, & exequutiuo proceſſu ceſſare faciat, quia tamen citandus, ac audiendus eſt, magis verò vbi in beneficij poſſeſſione de facto ſit, eoque audito literarum iuſtificatio in actis eſt facienda, hinc proindè quaſdam Iudicis, ſaltim improprias exequutor gerit partes, vt cum extraiudicialibus informationibus procedendi non tribuatur licentia, ſine tamen dicti priuilegij prejudicio, ac exceptione. D. Præ-

D. *diſc. 43. hoc tit.*

Præmissa autem theoricæ veritate in abstracto, modicam hodiè recipientis quæstionem, vtpotè per
195 modernos, ac Rotæ Romanæ decisiones benè declaratæ, atque ab antiquiorum æquiuocis iam exemptæ; Eius tamen applicatio adhuc inuoluta remanet, certam proindè ac genericam non de facili admittens regulam, vtpotè facti potiùs, quàm iuris censenda ex singulorũ casuum qualitate, & circumstantijs decidenda.

Quamuis etenim, ea generica tradatur regula, quæ in præmissa propria sede latiùs deducta est; E. vt ille scilicèt legitimus censeatur contradictor, qui parem titulum, ex eodem fonte manantem foueat & cui cessante alterius prouisionis concursu, idem competeret, summarij, & exequutiui processus priuilegium; Ideóque Capitulum, vel piscatorius certo modo impetrator, siuè ab Ordinario prouisus, vbi Apostolicæ affectionis, seu reseruationis ratione prouisio Apostoli-

E. *tit. de Benef. disc. 73. & hoc tit. disc. 43.*

ſtolica habeat, legitimi contradictoris nomine, ac affectu indigni reputentur; Atque inter æquè purè Apoſtolicos prouiſos, frequentèr praxis iſta legitimi contradictoris verificetur qualitas; Adhuc tamen aliqua inter eos inæqualitas, illaque præſertim, quam gratioſa inducat ſubrogatio, præmiſſæ regulæ producit limitationē, ex alijs quoque diſtinctionibus, ac ſubtilitatibus reſultare ſolitam, vt propterea non de facili certæ, ac genericæ regulæ ſub compendio explicabilis materia capax reputetur, ideòque ad ſuam recurrendum eſt ſedem.

Huius verò priuilegij competentia poſita, adhuc diuerſa eſt eius forma, vel praxis ob earumdem li-
196 terarum diuerſas ſpecies; Vbi etenim de ijs agatur, quæ in forma breuis, ſub piſcatorio annulo, non autem in forma literarū ſub plumbo, conceſſæ ſint, pro adipiſcenda poſſeſſione nomine Cameræ, tunc lōgè facilior, ac expeditior eſt proceſſus, vtpotè ſola Apoſtolicæ re-

ſerua-

ſeruationis, vel affectionis, atque Clericatus prouiſi iuſtificatione contentus; Vbi verò de alia præmiſſa literarum ſub plumbo ſpecie agatur, tunc aliæ diſtinctiones intrant, in præfata propria (ad quam recurrendum eſt) beneficiali ſede recenſitæ, inter illas, nempè, quæ ſuper prouiſione in forma conſueta, & ordinaria ſint; & illas, quæ gratioſam prouiſi ſubrogationem iuris, & poſſeſſionem defuncti cõtineant; Vt iſto poſteriori caſu, valoris, aliorumque narratorum deſideranda non ſit iuſtificatio, ſed reſeruationis, aut affectionis, & Clericatus prouiſi, ac poſſeſſionis defuncti ſufficiat; In priori tam valoris, quàm aliorum narratorum iuſtificatio neceſſaria reputetur; Aliæque etiam intrant diſtinctiones, vel diuerſæ formæ, an ſcilicèt gratioſa ſit, vel potiùs rigoroſa, quæ *dignum* dicitur, forma ſit; ſiuè; an motu proprio, vel ad ſupplicationem ſit gratia; Et an narratæ ſint gratiæ pars, eiuſque percutiant ſubſtantiam, vt magis, vel reſpectiuè minus

nùs, exactam exigant iustificationem, vt in sua sede latiùs. F.

Super terminorum autem seruatione, aliisque huius summarij, &
197 exequutiui iam competētis processus ordine seruādis, pro eius validitate, Mecanici practici consulendi sunt Scriptores, apud quos collectæ, ac regiſtratæ habentur consuetæ formulæ pro Tribunaliū stylo.

Ecclesiasticę item pensiones, quæ Apostolica auctoritate, validè super Ecclesiasticis beneficijs reseruа-
198 tæ sint, ex eodem literarum Apostolicarum priuilegio, siuè ex altero alimentorum, aut ex Curiæ stylo, magis fortè summarium, & exequutiuum, magisque priuilegiatū habent processum, siuè de prima reseruatione agatur, siuè de ea, quæ per translationē fiat, vt in propria pensionum sede, ad quam paritèr est recurrendum, latiùs aduertitur. G.

Generalitèr quoque Pontificijs, alio-

F. *Locis supra citatis.*
G. *Tit. de Pens. disc. 57. 65. & 66.*

aliorumque Principum, priuilegiatiuis, & gratioſis, ac etiam oneroſis
199 conceſſionibus, idem pro regula, ſummarij, & exequutiui proceſſus conceditur priuilegium, ex oppoſitoris, vel contradictoris qualitate paritèr ceſſare ſolitum; Certa tamẽ, ac generica deſupèr non cadente regula, vtpotè ex facti qualitate, & circumſtantijs, magis verò ex Principatuum, vel Tribunalium ſtylis, quibus eſt deferendum, deciſione pendente, ideòque pro caſuum oportunitate, ad proprias latiores recurrendum eſt ſedes.

Eadem ſummarij, & exequutiui proceſſus competẽtia poſita, in his
200 quoque, ac ſimilibus ſpiritualibus, eædem ſuperiús in prophanis exequutiuis, & ſummarijs iudicijs recenſitæ, intrant declarationes, vel moderationes, quas iniuſtitia, vel nullitas, aut turbiditas producat, vt vtramque appellationem, quandoque ſimplicitèr admittant, quandòque veró illam mixtam reſcribendi formulam exigant, quæ cum illis fiat clauſulis translatiuis,

ob

ob quas, prompta quidem impediatur exequutio, processui tamen exequutiuo, quem Iudex, ad quem competere agnoscat, non paretur præiudicium, illeque saluus remaneat, vt in suis latiùs habetur sedibus.

In vtroque spiritualium, & prophanarum exequutiuarum causarũ genere, longissima triginta annorũ
201 negligentia istius priuilegij tollit competentiam, siuè inducit præscriptionem malæ fidei, obstaculo nõ attento; Eumdemque operatur effectum illa vulneratio, quæ ex absolutoria prodeat sententia, quotiès ista non iudicij ordinem, vel actionis ineptiam, sed negotij principalis substantiam percutiat, nisi clara nullitas istam ei adimat operationem.

H.

De

H. *tit. de Cred. disc.* 117. & 124.

XV.

De iudicijs possessorijs, eorumque diuersis speciebus, & priuilegijs.

Diuersam esse possessorij causam ab illa petitorij, vnumque nil cum altero habere commune, ciui-
202 les disponunt leges; Possessorium verò tres habet species diuersas; Quarum vna adipiscendæ; Altera recuperandæ; Et altera retinendæ dicitur, illæque sub interdictorum vocabulo in eisdem explicantur legibus, cum notabili tamen inter ipsas species differentia.

Adipiscendæ autem possessoriũ remedium, vel interdictum plures
203 habet species subalternas, omnes tamen pro Romanæ Curiæ stylo sub generico immissionis vocabulo explicari solitas; Vnum etenim illud est adipiscendæ possessorium remedium, quod legis finalis, vulgò dicitur, atque in vim non aboliti, neque vitiati validi testamenti,

ne

ne dum primo ſcripto hæredi conceditur, ad ea bona, quæ defunctus mortis tempore poſſidebat, ſed etiã ſecundo, vel vlteriori, ſiuè directum, ſiuè obliquum, ſeù fideicommiſſarium ius teſtatæ ſucceſſionis habendi, dummodò vniuerſale ſit.

Particulari namque teſtato ſucceſſori, legati, vel particularis fideicommiſſi iure defuncti bona vendicare volenti, eiuſdem poſſeſſorij adipiſcendæ, vel immiſſionis alia duo competunt remedia; Vnum nempè, quòd Saluiani dicitur in vim legalis hypothecæ, quæ pro legato competit; Et alterum quod quorum legatorum dicitur.

Inteſtato verò vniuerſali hæredi illud competit remedium, quod quorum bonorum interdictũ appellatur; Idemque ſuperiùs enunciatum Saluianum interdictũ quod ex legali, vel conuentionali manat hypotheca, cuicumque creditori illam habenti, cum diuerſo tamen effectu; Priori etenim legati, vel fideicommiſſi particularis caſu in

ipſius

ipsius rei substantia, vel proprietate ita assequenda eius consistit effectus, in altero autem crediti, vt ex fructibus, non autem ex proprietate creditor obtineat satisfactionem administratorio potiús iúre.

Aliud item creditori, vel alteri, cui aliquod præstandum sit implementum, pinguiùs, magisque priuilegiatum conceditur adipiscendæ remedium, quod associationis dicitur, habenti clausulam constituti, vel pactum, seú facultatem capiendi propria auctoritate, aut reseruationem dominij.

In beneficialibus quoque in nouitèr Apostolica, vel ordinaria auctoritate prouisis, ad beneficij possessionē adipiscendam, idem adhibet immissionis, terminus, qui ecclesiasticis quoque congruit pensionibus, præsertim verò in translationis casu; Ac generalitèr, in feudalibus, vel emphyteuticis inuestituris, alijsque similibus concessionibus, quas testamento Iuristæ æquiparant, vt idem competat insinuatum remedium, quod *legis finalis* dicitur.

In

In præmiſſis autem, alijſque ſpeciebus huius poſſeſsorij adipiſcendæ generica procedit regula, quod eis tantùm competat, qui nunquam poſſederint, ideòque de omninò noua agatur adipiſcenda poſſeſſione; Vbi etenim ille, qui poſſeſsor fuerit, eiectus ſit, vel aliàs inuoluntariè dimiſerit, ad aliorum duorum recuperandæ, vel retinendæ remediorum præſidium, pro diuerſa eiectionis qualitate conuolare poterit, non autem ad iſtud adipiſcendæ. 204

Alterum recuperandæ, ſeù reintegrandæ remedium, illis competit, qui cum ea expreſſa, vel interpretatiua vi, de poſſeſsione eiecti ſint, vt voluntariè illa dimiſiſſe, vel facto proprio ab ea cecidiſſe dici non valeat; Iſtis etenim, qui voluntariè dimittant, vel cadant, hoc reintegrandæ, vel recuperandæ, magis verò alterum retinendæ poſſeſſorium denegatur; Quamuis actus dimiſſionis nullitas prætendatur, cùm ex actu etiam nullo, reſultet poſſeſsionis amiſſio, illa excepta nulli- 205

nullitate, quæ ex consensus defectu resultet .

Huius remedij præscriptio, non modicam habet opinionum sciſſuram ; Aliquibus illam indefinitè negantibus ; Alijs verò opinantibus, vt ea longissimi temporis, præscriptio, quæ in altero adipiscendæ, omnibusq; alijs summarijs, & exequutiuis iudicijs, vt supra intrat, in isto quoque locum sortiri debeat ; Istaque posterior opinio in Romana Curia magis recepta est .

Dilatoriarum exceptionum occasione, altera spoliatoris superiùs insinuata est pœna, vel implicitæ reintegrationis remedium, denegationis nempè audientiæ, vsquequo spolij plenaria sequatur purgatio.

Tertium denique retentionis remedium, quòd manutentionis vulgò dicitur, illi competit, qui de tempore motę litis possessor existat; Atque plurium contendentiū possessione accedente, illa hoc remedio digna est, quæ anterioritatē habeat, quamuis breuem posteriori, turbatiuæ vitium habente.

Dupli-

Duplicem hoc remedium habet ſpeciem, illius nempè poſſeſsorij, quod ſummarium, vel ſummarijſſimum dicitur, atque ab Hiſpanis, ſub interim, vel interinationis explicatur vocabulo, & alterũ, quod plenarium appellatur; Magna inter vtrumque in pleriſque conſtituta differentia, præſertim circa ſummarium, & exequutiuum priuilegium, vt primo competat, poſteriori verò denegetur.

A Romana verò Curia præſertim, hæc diſtinctio exulaſſe videtur alia non adhibita diſtinctione, niſi præmiſſa magis generica, petitorij, & poſſeſsorij; Implicitè autem, ſeú æquipollẽtèr ea praxim recipit, ex decernendi modo, vt nempè vbi in ſummarij iudicij, vel proceſſus forma, cum interloquutorio decreto concedatur, ſummarij, vel ſummarijſſimi vim habeat, non autem vbi cum ſententia diffinitiua.

Non ſolùm autem, vera naturaliſque poſſeſſio de facto, pro iſta conſeruanda, hoc digna eſt præſidio, ſed ea quoque ficta, quam ciuilem

uilem Practici dicunt, animo nempè retenta, quamuis altera naturalis de facto non habeatur, quotiès expressa, vel præsumpta non accedat diuersi animi probatio, quòd se pro spoliato, & non possessore habuerit, eamque animo retinere desierit.

Hinc itaque in Romana Curia, alterius reintegrandæ remedij pe-
207 nè omnimodum prodijt exilium, dum istius, quod vt infrà magis priuilegiatum, & exequutiuum est habetur competentia, prçmissæ ciuilis tantùm possessionis vigore, alterius naturalis spolio non obstante.

Altera quoque ficta possessio hoc remedio digna reputatur, quæ ex Constituti, & Præcarij clausula, vel ex vsusfructus reseruatione, iuris ministerio translata dicitur; Aliaque magis ficta, quam ciuilissimam Practici dicunt à statuto possessionis defuncti continuatiuo in hæredem, quotiès ea interruptionis vitium non habeat.

Solum possessionis factũ pro isto

remedio ſufficit, eius titulo, vel bono iure non curato, ideòque de iuſtitia, vel iniuſtitia non quæritur, niſi vehemens iuris reſiſtentia, eam quæ temporis conſiderabilis non ſit, inefficacem reddat, ſiuè ab irritanti decreto infectionem non patitur, vbi tamen illud clarum ſit, cùm in ambiguo facti ſaltim non tollat detentationem.

Ac etiam, vt proprio iure, ac nomine, non autem alieno habeatur poſſeſsio; Ideòque familiaritatis, vel adminiſtrationis, aut cõductionis, alioque ſimili iure, vel cauſa, quæ iam ceſſauerit, vel reſoluta ſit habita poſſeſſio, iſta indigna eſt præſidio; Niſi noua ſuperuenerit iuris proprij poſſidendi cauſa, quæ proindè immutata ſit; Iſtamque immutationem abſque expreſsæ declarationis neceſsitate, vna præſumit opinio, quam Romana Curia ſequitur, niſi contraria probatio, vel fortior accedat præſumptio, quæ iſtam præſumptionem tollat; Multaque alia ſuper iſto retinendæ remedio cadunt non de facili, certam

tam ſub compendio explicabilem admittentia regulam, ideòque in ſua ſede videre oportet.

In eo vtrumque Canonicum, & Ciuile ius concordat, vt petitorij, vel boni iuris exceptiones, quæ
208 non omninò claræ, neque in promptu probatæ ſint, in omnibus tribus adipiſcendæ, recuperandæ, & retinendæ poſſeſſorijs remedijs non admittantur; ; In duobus poſterioribus aliquo maiori, quam in primo pro huius regulæ obſeruantiæ rigore adhibito.

Ac etiam, vt priùs poſſeſſorij cauſa tractanda ſit, eaque ſopita, & non aliàs, illa petitorij agenda, ſub nullitatis pœna, vbi pro petitorij ſuſpenſione iſta accedat petitio, vt præſertim in vltimo magis priuilegiato retinendæ remedio eſt receptum, niſi notabilis poſſeſſionis turbiditas, vel ea cumulandi facultas, quam Princeps, vel Magiſtratus, qui hanc habet facultatem hùius regulæ ſuadeat limitationẽ.

In ſuſpenſiuæ autem appellationis competentia, vel reſpectiuè de-

negatione, præmissa discordant iu-
209 ra, vt in exequutiui iudicij præ-
cedenti rubrica aduertitur; Ciuile namque in omnibus illã denegat; Canonicum autem, eamconcedit, vt propterea possessorium à petitorio quodammodò non differat; Illa adipiscendæ excepta specie, quę associationis, vt suprà dicitur; Vbi tamen summarij, & exequutiui iudicij forma cum interloquutorio concedatur decreto, vt propterea vrbanam, & extraiudicialem familiæ concessionem, ad possessionem propria auctoritate adipiscendam id contineat; Ac etiam illa excepta immissione, quæ Apostolicarum literarum vigore in Ecclesiasticis beneficijs, vel pensionibus concedatur.

In tertio item retinendæ remedio, vbi paritèr in summarij, & exequutiui iudicij forma per interloquutorium decretum, non autem per diffinitiuam sentẽtiam concedatur, Canonici quoque iuris dispositione, vel intentione attenta, idem exequutiuum admitti priui-

legium,

legium, vna vult opinio, quam Romana Curia recepit, & seruat.

Adeò item solo ciuilis possessio animo retenta ad tertium retinendæ remedium, magis verò ad secundum recuperandæ, sufficiens reputatur, vt quamuis iuris regula statuat, vt possessio, quæ facto Iudicis amissa sit, istius destituta censeatur remedijs, dum iustus reputatur possessor ille, qui iudicialem habeat possessionem; Adhuc tamē, vbi ea actorum nullitas accedat, quę ex malè seruato iudicij ordine resultet, siuè altera, quam producat euidens, ac notoria iniustitia, eadem subintrant remedia, dum priuati illiciti spoliatoris, vel turbatoris personam potiùs ita Iudicē gessisse censendum sit.

Notoria tamen & clara, quæ nullo valeat offuscari velamine iniustitia requiritur ex eisdem, non autem ex nouis actis iustificanda; Ea verò ordinaria non sufficit, quę ex appellationis, vel restitutionis in integrū beneficio ad iudicati sufficeret infirmationem.

Quam-

Quamuis item (vt huius rubricę initio insinuatum est,) possessorij
211 causa ab illa petitorij diuersa sit, nilque commune vnum cum altero habeat; Non tamen diuersus, sed idem esse debet Iudex; De alijs verò, super quibus collectores ma-
212 gna desuper ordinarunt volumina, sub compendio, idcircò non facilem, habentibus explicationem absque notabili prolixitatis vitio, in sua videndum est sede; I. Prę missis vtpotè frequentioribus, magisque practicabilibus ita insinuatis.

FINIS.

I. *disc. 44. hoc tit.*